coriandrū. Curationē autez apostematū
frigidorum tangemus inferius.

De curatione herisipile. antracis. ꝛ carbunculi. ꝛ ignis sacri.

Ista enim omnia
apostemata seu pustule seu
infectiones ɔueniunt in istis
quia materia est ca. pūgitiua
adusta: dolorem introducēs ꝛ vlcerās. ꝛ
quia iam transit ꝛ paratissima est trāsire
in naturam venent. In his aūt oībus a
principio anteꝙ̄ sit facta vlceratio si vi-
deatur plus de genere col̄ico: insistam⁹
plus cū infrigidatiuis: ꝛ si de genere san
guineo cum euacuatiuis. in materia igit̄
sanguinea fiat floīa ex parte magis pro
xima: vt materia venenosa extrahat. Ita
fiat in materia col̄ica si flobotomia vide
atur expedire. ꝛ purgetur cum cassiafi. et
manna ꝛ similibus, aut cum aqua casei. ꝛ
diagridio. In principio autē anteꝙ̄ cu-
tis sit vlcerata: cum in loco apparet ma-
gnus calor ꝛ dolor: ꝛ p̄cedat materie ru-
bedo siue citrinitas. infrigidetur loc⁹ cū
spōgia infusa in aqua fra ꝛ aceto: aut cū
lactu ꝛ portul̄. ꝛ nenuphā. ꝛ extremitati-
bus vitis al. ꝛ plātagine. ꝛ ordeo. terat̄
vnū ex illis aut multa ꝛ desup apponan
tur. Et si timeam⁹ ꝙ locus vlceret̄: bulli-
at sterc⁹ vaccinū in aceto cū melle ꝛ thu-
re: ꝛ desup apponatur. Et si vlceratio iā
facta est administret̄ tyriaca aut mitrida
tum oīb⁹ modis administrationis. ꝛ tūc
nihil actu fruz desup apponatur: qꝛ fruz
vulneribus mordax. sit igit̄ tepidum. Sin
datur igit̄ malūgranatū p mediū ꝛ bulli-
at in aceto: ꝛ postea teratur ꝛ desup tepi
dū applicet̄. ꝛ bolus cū aceto in circuitu
Et extunc nihil applicet̄ hūidum qꝛ vul-
nera nō curantur nisi pri⁹ desiccētur. ap-
ponātur igit̄ fra stiptica cū quibusdā re-
solutiuis. Materialia autē sunt ista. plā
tago. portulaca. ꝟga pastoris. coriādrū.
cerusa. bolus achatia. opiū. nitrū. rutha.
sal. sulphul. nux antiqua vnctuosa. oleum
ro. cucumer asininus. fel hirci. pip. panis
cū m̄lto furfure. gallelētes. alumē. grana
ta acetosa. vua pas. sicc⁹. cāphora. cera al
ba. vinū ponticū. Medicus igit̄ diligēs
ꝛ sollicit⁹ accipiat aliq̄ ex istis aut oīa: ꝛ
bulliāt i aceto ꝛ terant̄ ꝛ ꝺsup aponāt̄
ꝛ remoueat̄ empl̄m ter inter diē ꝛ noctē.
Sz qꝛ ista postꝙ̄ venerint ad nigredinē
ꝛ escarā magis curantur manu diuina ꝙ̄
humana: ideo experimentis vtendū est.
Accipe igitur vitellum oui crudūz: ꝛ sal
tritum: ꝛ misceant̄ fortiter ꝛ desuper ap-
ponatur. istud enim valet ante vlceratio
nem ꝛ post. Secundū tale est ꝙ accipiat̄
scabiosa ꝛ teratur ꝛ desup applicetur. et
valet ante ꝛ post. Tertium est istud ꝙ ac
cipiatur bruneta ꝛ teratur ꝛ desuper ap
plicetur. ꝛ valet ante ꝛ post. Hoc idē fac̄
consolida maior: ꝛ omnes species conso
lidarum. Tormentilla potata valet mul
tum. ꝛ similiter herba tunici. Cum igitur
adiutorio magni dei ꝛ sancti antonij ig-
neitas iā euolauerit: insistamus cum re-
generantibus carnem que fiunt cum ma
stice. ꝛ thure. ꝛ aloe. ꝛ litargiro. et radice
aristol̄. ꝛ similibus.

Curatio vlcerum saniosorum.

Digeratur in primis materia cũ oxizacara τ sirup. d fumo?re. τ vtat rubea trociscata τ postea fiat flo?ia. τ remoueat crustula. τ cũ dialt. τ populeõ. τ postea tal pul. apponatur. ℞. cinis vitriu3. litargir. catimie lote. eris vsti. aloes aluminis. corticis malagranati. cerusse lote. añ. ʒ. ij. atramẽti tartaris. calcis viue. salis gẽme. añ. ʒ. i. fiat puluis τ in vlcere apponat. vł cũ cera τ oleo ro. fiat vnguẽtum: h enim vnguentũ mortificat τ curat actualiter oĩa vlcera saniosa antiq. que sunt de difficili curabilia. τ ideo curã cirurgico relinqmꝰ q cum ferro τ realgar repressõ curabit si deus voluerit.

Cura cancrene τ herpestiomeni siue lupi.

Intelligẽdum quod interdũ corrũpit cõplexio mẽbri τ virtꝰ aĩalis sensibilis: deinde putrefit τ corrũpit: τ hũectat locus: τ pfundat. τ tũc in principio qñ apparet feditas coloris τ quedã insensibilitas. tũc ista accidẽtia applicãtur noĩe cãcrene. τ qñ illa accĩtia iã venerũt ad putrefactionẽ τ cutis vlcerationẽ: τ maiorẽ insensibilitatẽ τ humectationẽ τ virulentiã. tunc talia accĩtia possũt appellari herpestiomenꝰ. In primis igit rectificetur dieta. vitet igit ca. adurẽtia: τ fra mortificantia. τ sit in regimine tẽperato. mũdificetur corpꝰ cũ flo?ia τ farmacia: sicut oz fieri in hũoribus corruptis. postea scarificetur locꝰ τ ponãtur ibi sanguissuge: et inungat locus cũ tali vnguẽto. ℞. orobi farinã fabaꝝ. salis cõis. aristol. ro. mell. ʒ. i. pulueriʒẽtur τ bulliãt in sirupo aceto so donec sit i spissitudinẽ mellis. τ illiniatur locꝰ. Vel istud qd est pbatũ τ laudabile multũ in cancrenis τ in oĩbꝰ dispositionibꝰ: cũ mẽbri cõplexio incipit corrũpi τ dstrui: τ mutari in citrinitatẽ in liuorẽ τ viriditatẽ: τ in quãdã fuscedinẽ mortificatã. sicut apparet frequẽter in tibijs τ apostematibꝰ male curatis. ℞. olei ro. cere albe. añ. ʒ. vi. succi fructꝰ vue lupine ʒ. iiij. cerus. ʒ. i. plũbi vsti τ loti. τ põfiligos. i. illiꝰ fumi q adheret in fornacibꝰ fabroꝝ vbi fundũtur metalla. olibani. añ. ʒ. i. Modus cõficiẽdi est iste: liquefiat cera τ oleũ τ deponãtur ab igne. τ alia subtiliter puluerizata τ cribrata sił oĩa i mortario diuisi cõmisceas. τ supra dictũ succũ infundat: τ cũ sine intermissione p. v. horas fuerit agitatũ pmitte coagulari et supranatante succũ pice τ resultat qdaȝ cõfectio si bene cõficiat qsi esset diaqlon τ semp extendit supra alutẽ τ postea supra locũ. τ est mirabile valde in oĩbꝰ vlceribꝰ calidis fraudulẽtis saniosis recẽtibus tñ. q2 in antiqs oz ad fortiora cõsurgere. cũ autẽ cancrena cadit in herpestiomenũ: τ iã incipit locus hũectari τ corrũpi: tũc meliꝰ est remouere qd putrefactũ est cũ medicinis putrefacietibꝰ τ carnẽ cadere facientibꝰ: aut cũ cauterio τ similibꝰ: ꝙ cũ incisione. apponat igit tale vnguẽtuȝ. ℞. radic aristol. aluminis. floris eris. vitrioli. gallarũ. eris vsti. cerusse lote aloes. succi cucumeris asinini. añ. ʒ. ij. bulliãt cũ melle τ aceto. q. s. τ inungat locus donec appareat sana caro. τ si locus esset humidus cauterizet. τ q2 talia cũ sunt antiquata sunt difficilis aut impossibilis curationis. iõ curã restaurato abꝰ relinquamꝰ. Unguentũ ad vlcera ca. in plus saniosa difficilis curationis corpore mundificato ita ꝙ deꝰ noluit vsq3 ad hodie meliꝰ releuare. ℞. antimonij. eris vsti. litargirij. dimie argẽti. τ marca site. cerusse lote. balaustie. aluminis. sarcacolle. cortica thꝰs. põfiligos. i. illius fumi q adheret in fornacibꝰ vbi fundunt metalla. añ. ʒ. i. pficiant cũ fece olei ãtiqui τ cera. q. s. τ fiat vnguentum. istud mirabiliter desiccat sine mordicatione: τ pꝰ tanto est vtile in mẽbro sensibili τ viro delicato. Unguentum ad cicatrizandum τ decorandũ loca sordida plena quasi humiditatibus propter vlcera corrumpentia calorem cutis. ℞. gallarum. corticis malagranã. i. sanguis draconis. añ. ʒ. ij. cerusse. aloes. scariollis. litargiri. catimie lote. aluminis. eris vsti abluti. mirte. corticis thꝰs. ponfiligos. añ. ʒ. ij. pulueriʒentur et conficiantur cum cera τ oleo rosato. τ

fiat vnguentum. ¶ Considerentur igitur medicamina que posita sunt in hoc capitulo. q: mirabilia sunt in causis suis.

¶ De impetigine ⁊ serpigine. *bolatica*

IMpetigo et serpigo sunt infectiones cutis de co. subtili mixta cuꝫ hu. grosso terreo ita ꝙ co. subtilis aliquando est in plꝰ. aliquādo co. grossa: et aliqñ equaliter. ¶ Quādo est in plus ꝺ co. defacili curatꝰ. quādo humor grossus plꝰ tarde curatꝰ. ⁊ qñ equaliter media est curatio. ¶ Mundificetꝰ cū corpus in primis iuxta materiā sue cōplexiōis: corpore autem mundificato ⁊ bono regimine supposito fiat balneū. quoniā balneū subtiliat ⁊ aperit ⁊ iuuat ad euacuandum hu. ¶ Impetigo recens in primis curatur cuꝫ saliua ieiuni si illiniatur. vel fiat tale medicamē. ℞. farine risi. milij. ordei. fabarū lupinoꝝ. ciceꝝ. añ. ʒ. i. gallaꝝ. ossium mirabulanoꝝ. mellꝰ. añ. ʒ. ß. bulliāt omīa in aceto ⁊ succo blete vsq3 ad spissitudinē: ⁊ illiniatꝰ locꝰ. ¶ Si autēꝫ fuerit antiquatū: inungatur cū oleo de frumēto. vel fiat tale vnguentū. ℞. nitri. litargiri. stercoris fureti. folioꝝ agni casti. eris vsti. añ. ʒ. i. vitrioli. sulfuris viui. añ. ʒ. iij. bulliāt in aceto vsq3 ad spissitudinē: ⁊ locus illiniatꝰ. ¶ Si autem adueniat pruritus ⁊ squame: ⁊ quasi quedā excoriatio. illiniatꝰ locus cū isto medicamine. ℞. anacardi. costi. ellꝰi nigri atramēti. aristolꝰ. cōbustoꝝ. añ. ʒ. vi. terantur ⁊ cribellentꝰ ⁊ cōficiantꝰ cuꝫ aqua. aut oīa ista que dicta sunt conficiantur cum modica quantitate cere ⁊ olei: ⁊ meliꝰ adherebit. ¶ Vnguentuꝫ mirabile ad oēs rubores ⁊ infectiones cutis de co. aut sanguine: aut vtriusq3 inficientibus cutem vbicunq3 fiunt. ℞. sulphure viui. auripigmēti rubei. añ. ʒ. ij. puluerizentꝰ ⁊ cribellentur in vltimo: ⁊ cōficiantꝰ cuꝫ succo de fumo terre. ⁊ si nō inueniatꝰ cū sirupo de fumo: ⁊ fiant trocisci ⁊ desiccentur in vmbra: ⁊ cū vti volueris distenperentꝰ cum vnguento citrino ⁊ inungatꝰ locus. ⁊ cuꝫ aqua sulphure ca. abluatꝰ: ⁊ hoc fiat totiens donec curetꝰ. ¶ Oleū de sinapi delet impetiginē: sicut oleū de frumēto. hoc idem facit acetositas citri ⁊ sinapis cū aceto. ⁊ sulphur citrinū cū aceto. ⁊ cortices mali granati. vel fiat istud. ℞. vnguēti citrini vnguēti fusci. litargiri. añ. ʒ. ij. misceantur

¶ De formica miliari.

FOrmica miliaris est pustula parua acuti capitis calida: aut multe pustule: ⁊ videntꝰ ambulare: qm̄ niam videntꝰ mutari. aliqñ vlcerant ⁊ aliquādo nō. ¶ Curantꝰ em̄ sicut herisipila. qm̄ ante vlcerationē possunt apponi humida: sed postea non. ¶ In principio em̄ ponantꝰ magis frigida cū stipticis. in declinatōe magis resolutiua. in medio ponātur medio modo. ¶ In pricipio igitꝰ ponātur supra locuꝫ lactuca trita cuꝫ portulaca ⁊ mucillagine psillij. ⁊ in medio ordeum. ⁊ panis furfureus ⁊ plantago. ⁊ cortex maligranati. ⁊ versus finē sal ⁊ nitrū ⁊ rutha. ⁊ cucumer asininus. ⁊ conficiatꝰ cū vrina pueri ⁊ succo plātaginis. ¶ Quia igitur in omnibus istis materia est venenosa: magnū studiū ⁊ magna cautela adhibeatur: sicut in igne ꝑsico recte.

De fistula.

INtelligendū est ꝙ vlcus cōcauuꝫ sordiduꝫ latuꝫ inferius ⁊ strictū exterius: qꝺ inquā modo clauditur ⁊ modo aperitur declarant fistulaꝫ ⁊ per ista accidentia fistula declaratur. ¶ Digeratur igitur materia in primis cuꝫ oxillꝰ. diurꝰ. ⁊ siru. de fumo terre. ⁊ purgetꝰ cū yerapig̃. ⁊ yeraruffi. ⁊ stuphetur. ⁊ vtatur tyriaca. ⁊ sit in bona dieta ⁊ bono regimine. ¶ Ista passio ē difficilis curatiōis valde: ⁊ potissime qñ antiqnatur. qm̄ oꝫ ꝙ cum nouacula aut cauterio ꝑ oēm ambituꝫ caro mortificata remoueatur: donec esset deuentū ad viuā. sed multi sunt qui ꝑdiligūt sic esse: ꝙ sic curari. ¶ Si autēꝫ fistula fuerit in carne sanies est alba si in osse est sicut lotura carnis. si in neruo est nigri coloris. ¶ Corpe igitur mundificato elargetur vulnus cū gentiana: aut cum medulla sambuci. ⁊ postea ingenie

tur quō pulueres intromittant̄ cū tenta aut ꝑ modū empl'i ⁊ similiū. ita ꝙ virtus medicaminis possit venire ad ꝓfundum ⁊ cōsumere totū qđ mortificatū ē: donec appareat caro rubea sana. ⁊ postea ē magna cautela adhibēda in generationem carnis. qm̄ dato ꝙ sit curat⁹ caro nō generabit̄ vniformiter: ⁊ iteꝝ in ꝓfundū sanies generabit̄. quare tenta tincta in his que carnē generāt cōtinue dꝫ apponi: et paulatine diminui donec totū fuerit plenum sua carne. ¶ Hoc igit̄ medicamē cōfert in fistula. ℞. ꝫzi. ʒ. ij. viride heris. ʒ. i. aloe. ʒ. ij. puluerizent̄ fortiter ⁊ bulliāt in aceto. ⁊ addat̄ mell'. ʒ. ß. ⁊ bulliāt iteꝝ donec fiat quasi vnguētū. ⁊ intingat̄ tēta ⁊ fistule apponat̄. ¶ Vel fiat ꝑ hūc modum. qm̄ mālia medicaminū mortificantiū sūt hec. aristol'. mirra. aloe. cerusa. litargirum es vstū. viride heris. vitrioluꝫ. tartaꝝ. radic̄ yreos. rađ scolopenđ. catinia. teste ouoꝝ cōbuste in furno figuli. nitrum. spuma maris. sterc⁹ humanū cōbustū. argētum viuū extinctū. limatura ferri. calx viua. sulphur viuū. sal armoniacū. auripigmētū rubeū ⁊ citrinū. vitriolū. alumē. realgā. represſuꝫ. cantarides. salnitrū. sapo gallic⁹. cētaurea. orob⁹. ell's. opoponac̄. plumbū vstū. sal tostuꝫ. succus titimalli. hermođ. affrodill'. sticados. mel. aqua ruthe. aqua celidonie. aqua rute distillata ꝑ elambicū. agrimonia. acetū. assungia porciua antiqua. ista inquam sunt mālia cuꝫ quib⁹ oīa vlcera fraudulēta sordida possunt curari: cū curabilia sint. ¶ Intelligēdū ꝙ nec in his nec in aliis ml'tis pono nutritiuū: neqꝫ eligo ex mālibus que magis ꝓpria ⁊ que min⁹: nec in multis pono doses. ¶ Cui⁹ rō est: qm̄ hic ponit̄ ars ⁊ doctrina: ⁊ multa relinquunt̄ medico ꝑticulariter operāti. qm̄ in particularibus est mag̃ diuersitas. qm̄ aliqñ passio ē noua: aliqñ antiqua. aliqñ ē i sup̄ficie: aliqñ in ꝓfundo. aliqñ in mēbro nobili vel iuꝝ ⁊ aliqñ i ignobili. aliqñ in carne. aliqñ in neruo. aliqñ in osse. ¶ Et ꝓm hec oīa oꝫ medicamina diuersificari. ¶ Preterea qdā sunt medicamīa debilis virtutis: ⁊ qdaꝫ virtutis fortis: ⁊ quedā magni iuuamēti ⁊ quedā parui. ⁊ ꝓm hoc diuersificantur doses. ¶ Cōparet̄ igit̄ vnum alteri: ⁊ accipiant̄ aliqua ex istis ⁊ cōficiantur: ⁊ fistule vt dictū est applicentur. ¶ Quando autem fistula antiqua est in ꝓfundo: fiat tal' aqua. ℞. salis armōiaci. vitrioli. auripig. rubei ⁊ citrini. viridis heris. aā. puluerizent̄ ⁊ ponant̄ in elābico de vitro bene lutato: ⁊ fiat lentus ignis: ⁊ prima aqua abiciat̄ donec elābicum fiat rubeū: ⁊ seruetur in vase vitreo obturato: aliter exalaret. tante virtutis ē ista aqua ꝙ ossa penetrarꝫ: ⁊ oīa metalla. ⁊ i oī cōcaua fistula ponat̄ vna modica gutta: statiꝫ cauterizat sicut ignis: ⁊ remoueat̄ arsura ⁊ dolor cū albumine oui aut butiro. ⁊ adhibeatur cautela que dicta est in generatione carnis. q2 vere ista aqua oēm fistulā mortificat. sed in ponēdo adhibeat̄ cautela: q2 in vltimo fortitudinis est. ¶ Sed ꝓ timidis ⁊ pueris fiant ista multū iuuātia. ℞. folioꝝ ruthe. celidonie. folioꝝ agrimōie aā. ⁊ ponant̄ integra in aqua vite: hoc ē in vino albo distilato ꝑ elambicū. ⁊ vna gutta in fistula distillet̄. ¶ Vel fiat talis potio q̄ curat oēm fistulā a principio. ℞. agrimōie. folioꝝ oliue. cet̄ac. aā. ¶ M. i. scindantur minutissime ⁊ ponant̄ in vino albo: ⁊ cotidie in aurora potet̄ ciph⁹ vnus ⁊ cōtinuet̄ donec curet̄. ¶ Radix ell' posita in fistulā curat eā. ¶ Scolopēdia collecta cū orōne dñica ⁊ portata ad collum curat fistulā. ¶ Intelligendū ꝙ experimētum est multū vtile postꝙ lux rōnis precessit. ⁊ q2 oīa materialia que dicta sūt abstersiua ⁊ mūdificatiua: ⁊ ex illis que dicta sunt: sunt quedā fortissima ⁊ quedam debilia: ⁊ quedā mediocria. iđ experimētator dꝫ accipe aliq̄ ex fortissimis in ꝑua quātitate: ⁊ multa de debilib⁹ ⁊ i magna quātitate. ⁊ quedā de mediocrib⁹ ⁊ i modica quātitate. ⁊ cōponat ⁊ vtat̄ eis modo ꝑ modū pillul'. modo ꝑ modū vnguēti: modo ꝑ viā empl'i: modo ꝑ viam aque distilate seu infuse. q2 ⁊ si nō prosunt singula multa iuuāt. ¶ Inferi⁹ dicem⁹ aliud đ fistula capitulo de egritudinibus in lacrimali. ⁊ quia hec passio difficilima ē ad curandū postꝙ antiquata ē restauratorib⁹ relinquamus.

De cancro

Cancer est apostema melācū de melīa adusta ⁊ est a principio parue q̄titatis admodū fabe. durum rotunduꝫ: fusci coloris: cū paruo calore: cū magno dolore aliqñ: aliqñ cū paruo: aliqñ nō vlcerat: ⁊ aliqñ vlcerat. ⁊ hoc est cū melīa generata ē adustione sanguinis aut cole pure solius. Et dicitur cancer ꝑpter triplicē ꝓprietatem. Primo q: hꝫ figuram rotundaꝫ sicut cancer. Secundo q: sicut cancer firmiter tenet q̄d tenet cū cibum venat. ita ista passio fortiter adheret. Tertio q: sicut cancer habet multas tibias ⁊ longas ⁊ tortuosas. ita ista passio hꝫ multas venas ⁊ diuersas: repletas circūquaqꝫ sanguine melīco replete.

Cancer aūt discernit sic: q: corrodit circūquaqꝫ sine cauernis ⁊ callositate ⁊ duricie labiorꝫ: cū rubore ⁊ calore a principio sed cū inueterat liuet ⁊ viret ⁊ fuscescit. a principio autem difficilis cognitionis ē valde.

Pronostica. Cancer aūt aut ē recens ⁊ tūc ē curabil' aut est antiqu⁹ ⁊ tūc nō curat. Cācer aut est exteri⁹ apparens: ⁊ tūc curat. aut ē interius ⁊ tunc nō curat. Et ꝑ tanto dicebat illa fistula altissima ypo. Quibuscūqꝫ cācri abscōditi sunt ⁊c. Et forte intellexit de curatione ꝑ incisionē.

Cura. Ad curā igit possibilē intendamus. In primis si indiget fiat flōia: postea curet cū epichio ⁊ aqua casei vel yeraruffē. si est fortis digerat cū frigidis ⁊ humidis: sicut ē aqua ordei. pisces squamosi de aquis mūdis. ⁊ vitella ouorꝫ mollia. atriplices. borrago ⁊ croc⁹ cōpetunt. ⁊ lac vaccinuꝫ postq̄ extrahit butirꝫ: ⁊ alia similia. Si igit loc⁹ sit talis q̄ possit incidi: sicut in mamilla ⁊ similibus: incidat oīno tot⁹ loc⁹: ⁊ cauterizet ⁊ ꝑmittat fluere mult⁹ sanguis: hoc tam̄ fiat cū magna cautela. Cauteriū etiaꝫ fiat cū magna cautela: q̄m periculosuꝫ est. Apponant igit medicamia abstersiua sine mordicatiōe. ℞. tucie lote. plumbi adusti ⁊ abluti. ⁊ corticis malorꝫ gra. coriandri. aloe abluti. boli armenici. añ. ʒ. i. cōficiant cū oleo ro. ⁊ cera. q. s. ⁊ fiat vnguētum. Et si locus esset multuꝫ calidus tūc agresta. ⁊ coriandrū. ⁊ mucillago. psillij desuper applicetur. succus celidonie. succus foliorum oliue curant cancrum in principio. ⁊ in gingiuis: ⁊ in summitatibus mamillarum. cerac portatum curat procul dubio cancrum. Si autem magis particulariter nolim procedere: digeratur materia sic. ℞. succi borꝫ. succi fumi terre. succi scabiose. añ. lib. ß. ende. scar. añ. ʒ. ij. epichi cuscute. foliorum sene. añ. ʒ. iij. vini malorum grana. ʒ. iiij. panis zuccā. lib. i. fiat sirupus. Materia digesta purgetur sic. ℞. oxilaxatiui. electu. de succo ro. yera ruffere. añ. ʒ. ij. misceantur. postea stuphetur in predictis herbis: ⁊ postea dentur due partes rubee trociscate: ⁊ tertia tyriace. postea infricetur locus cum his. ℞. succi plantaginis. succi coriandri. succi portul'. succi vermicularis. añ. ʒ. iij. aceti al. olei ro. aque ro. seri caprini. añ. ʒ. iiij. bulliant vna inundatione ⁊ panni intincti tepidi desuper apponātur: ⁊ deinde desiccetur: ⁊ talis puluis desuper apponatur. ℞. amatites. coralli. catinie argentee: ⁊ auree lotorꝫ. fuliginis. tele aranee. plumbi vsti ⁊ loti. spodij. ossium mirabul' cit. fiat pul. vel cum oleo ro. ⁊ cera. fiat vnguentum. ⁊ abluatur locus cotidie cum sero caprino. aceto albo. ⁊ aqua ro. tepidis. vel fiat sic. ℞. filtri blaui. stercoris columbini. corticis maligrana. gallarum adurantur supra testam ⁊ puluerizentur ⁊ puluis supra locum canceratum apponatur. Si autem cancer esset inueteratus oportet fortiora medicamina adhibere. Addantur igitur cum fortiori medicamine. vel cum isto sed in parua quantitate. ℞. radic. aristol'. ro. aloe. mirte. nitri. vitrioli. tartari. attrementi. viriusqꝫ auripigra. gallarum ⁊c. ⁊ abluatur locus cuꝫ decoctione istarum herbarum. ℞. borꝫ. scabiose. fumi terre. lapacij acuti. centauree. bulliant in sero caprino in pl's. ⁊ aceto albo ⁊ vino al. in minus. ⁊ ꝑ abstergatur loc⁹ ⁊ desiccet cuꝫ panno lineo antiq̄ modo. sed q: ista passio est difficilis cura

Ad cancrum et fistulam [illegible]

Ad cancrum [illegible]

Ad cancrum et fistulam ℞ antimonij [illegible]

[illegible]

Ad [illegible] fistulam [illegible]

tionis aut impossibil':postꝙ̄ ē īterioꝛibꝰ
aut postꝙ̄ antiquaꝛ.iō deinceps restau-
ratoꝛibꝰ relinquamus.

Clarificatio. Notandū ē hic ꝙ ī
oī apostemate ē tri-
plex moꝛbꝰ.moꝛbꝰ ꝯsimil' ⁊ moꝛbꝰ offi-
cialis.⁊ moꝛbꝰ cōis.ꝯsimilis rōne male
ꝯplexiōis.official' rōne tumoꝛis:ſ3 cōis
rōne solutiōis ꝯtinuitatis. ¶ Attamē in
telligendū ꝙ moꝛbꝰ ꝯsimil' ē ibi moꝛbus
per se.⁊ official' ⁊ cōis sunt moꝛbi ꝑ acci
dens.qm̄ priꝰ lediꝛ moꝛbū rōne male ꝯ
plexiōis ꝙ̄ ex alijs.sicut declarauimꝰ ī ꝺ
moꝛbo ⁊ accidēti. ¶ Secūdo notandum
ꝙ nullū apostema fit ex spū.si aliqͥs dice
ret Gal'.dixisse ꝙ sic.dico ꝙ ꝑ spūm itel-
lexit ventū vt in timpanite. ¶ Tertio no-
tandū ꝙ nullū apostema fit sine mā cum
fit ibi tumoꝛ:qm̄ aut ē humoꝛ:aut ventus
aut aquositas. ¶ Quarto intelligendū ꝙ
cū interius digerimꝰ:modo digerimus ⁊
alteramꝰ.modo cū calidis:modo cu3 fri
gidis.modo cū sic.mō cū hu.qm̄ qn̄ apo
stema ē exteriꝰ digerimꝰ ⁊ maturamꝰ sem
per cū calidis ⁊ humidis tēperate digeri
mus:teste Gal.vº.de simplici medicina.
dico ꝙ cū intus digerimꝰ ad hoc facimꝰ
vt expellamꝰ:⁊ iō sꝑ fit cū ꝯtrarijs.extra
aūt ꝓpꝛie intendimꝰ maturare.⁊ istud fit
cū his q̄ ꝯseruāt calidū naturalē:⁊ talia
sunt cali.⁊ hu.tēperata.tm̄ in apostemati
bus ca.vergūt ad frigiditatē:⁊ in frigidis
ad caliditatē:⁊ ita de alijs. ¶ Quinto no-
tandū circa impetiginē qm̄ l3 bal. aque
dulcis nō ꝯpetit in lepꝛa:sicut diceꝛ infe-
rius.nihilominꝰ bn̄ ꝯpeteret in īpetigi
ne ⁊ serpigine.qm̄ lepꝛe materia ē ꝓfun-
da ⁊ incinerata.⁊ iō bal.aque dulcis nō
sufficeret.ſ3 impetiginē ⁊ serpiginē mate
ria ē magis in exterioꝛibꝰ ⁊ nō ē nisi se-
mi adusta.⁊ ꝓ tāto ꝑ bal.aq̄ dul. bn̄ pōt
euapoꝛari. ¶ Et ꝓ tāto intelligendū vt di
ctu3 est:qm̄ impetigo ⁊ serpigo sūt ꝺ mā
subtili mixta cū grossa.⁊ qn̄ plus habun
dat subtil' ca.diciꝛ impetigo quasi scabi-
es ipetuosa. ⁊ q2 velocius moueꝛ ⁊ occu
pat maioꝛē locū. ¶ Si āt plus habundet
materia grossa:tūc dr̄ serpigo.⁊ qn̄ eqliꝛ
tunc diciꝛ serpigo miliaris vel serpigo ḡ
nosa.aliqn̄ ista sꝛ cū calōe ⁊ ardōe ⁊ vlce
re ⁊ sanie.⁊ aliqn̄ nō.ita ꝙ īpetigo magis
vergit ad ruboꝛē:⁊ ſpigo ad nigredinē
⁊ ita medicamīa aliq̄ mō sunt diuersificā
da. ¶ Sexto notādū ꝙ frumētū d3 poni ī
ter lamias ferreas cādentes:⁊ ꝙ elique
atur ē oleū eius.⁊ istud oleū l3 sit ca.tam̄
mirabilē ꝓpꝛietatē h3 ꝯtra īpetiginē et
serpiginē ⁊ similes infectiones.qm̄ satis
velociter totū delet. ¶ Septimo notanꝺ
ꝙ impetigo ⁊ serpigo pn̄t causari ex co.
⁊ mel'ia.ex mel'ia inquātū in nāli causata
ꝑ viā adustiōis col'e vel sanguis:⁊ h̄ ad-
ustio nō est ꝯpleta ſ3 mediata. ⁊ q2 mā
in parte ē subtilis:iō expāditur ad cute3
⁊ q2 parti3 grossa iō remanet iuxta cute3
¶ Octauo notādū ꝙ comedētes pane3
ratatū incurrūt impetiginē ⁊ serpigine3
rōne infectiōis:cū mures habeāt aliquā
nām venenosam.iō ēt pauꝑibꝰ talis pa
nis nō est dandus. ¶ Nono aduertēdū
qm̄ lic3 impetigo ⁊ serpigo sint extra ve
nas nihilominꝰ bn̄ pōt ꝯpetere fl'oīam
ꝑꝑ materiā existētē in venis. ¶ Decimo
intelligendū ꝙ in īpetigine ⁊ serpigine
nō ꝯpetūt frigida reꝑcussiua nisi essent
mixta cū quibusdā resolutiuis. ¶ Unde
cimo intelligendū ꝯtra carbunculū ꝙ a
liq̄ apponunꝛ in curatiōe frumentū ma-
sticatū ⁊ fermētū ⁊ sal ⁊ similia ca.⁊ tamē
carbūculus ē de mā ca.dico ꝙ carbūculꝰ
est de sanguine ⁊ co.adustis ⁊ intēsis ita
ita ꝙ plus dn̄atur san.⁊ diciꝛ carbuncu-
lus vt dictū est.a carbone viuo. qm̄ sicut
carbo calet ⁊ rubet.ita istud apostema.⁊
iō in pꝛincipio fiat fl'oīa ex eadē parte.et
in circuitu apostematis ponanꝛ fr̄ia: ⁊ ꝺ
super apponaꝛ frumētū masticatū quia
maturat ⁊ attrahiꝛ tēperate:⁊ magis rō
masticatiōis apponaꝛ fermētū q2 habet
duplicē naturā ca.⁊ fri.⁊ sal q2 calefacit
⁊ attrahit ⁊ resoluit ⁊ confoꝛtat ratione
stipticitatis. ¶ Postꝙ̄ autē venit ad ruptu
ram tunc apponatur resolutiua vt nō ꝯ
uertatur in antrace3 aut sacrū igne3. asꝑ
gatur igitur aqua ca.cum modico sale.et
ponantur ibi ventose ⁊ similia que dicta
sunt superius. ¶ Duodecimo notandum
circa carbunculu3 sicut frequenter dictū
ē ꝙ in carbūculo:nec ī aliquo apostema-
te venenoso nō ꝯpetūt repercussiua. et
tm̄ auctoꝛes iubēt apponere fr̄ia. dico ꝙ
ve3 est.q2 materia venenosa curreret ad

coꝛ ⁊ ad viſcera. ꝙ aūt apponant frigida hic nō ſupra ſꝫ ī circuitu. ¶ Preterea ſi apponant frigida hoc nō ē vt repcutiāt: ſꝫ vt ardoꝛē mitigēt. ꝑterea ſp admiſceant ſtiptica vt cōfoꝛtēt. ꝑterea ſp apponant reſolutiua vt nō penetrēt. ꝑterea apponāt actu tepida vt ñ repcutiāt: ſꝫ vt ardorē refrenēt. ¶ Preterea illa frigida pꝰ vlceratione nō ſint humida ſꝫ ſicca vt mūdificēt. ¶ Et iuxta h̄ itelligēdū ꝙ maturatiua nec cal. nec frigida nō ꝯpetūt in carbunculo. ſꝫ magis reſolutiua ⁊ euapoꝛatiua iō nō deberēt eſſe ita ca. ꝙ adurant. ¶ Ultimo notādū de cācro ꝙ in ſui nouitate pōt curari. ſꝫ cū antiquatꝰ ē nō. ⁊ potiſſime in interioꝛibꝰ. ⁊ iō dicebat Ipo. quibuſcūqꝫ cācri ſunt abſcōditi ⁊c.

¶ Capitulū. xx. de verucis poꝛis ⁊ acrocodinibus ⁊ lupis.

Iſta ſunt peccata officialia in numero addito veruca āt ē caro dura ⁊ ſpiſſa ꝑ totū coꝛpꝰ nata. marie in pedibꝰ ⁊ manibꝰ de materia flegmatica ⁊ mel'ia. idē ſunt poꝛi. niſi ꝙ poꝛi ſūt veruci minuti ſita ad modū poꝛoꝝ hñtium mltas barbas. ⁊ hoc ē pp maius dominiū mel'ie ſicce terree. ¶ Accrocondiſ ſunt quedā excreſcētie ad modū capitis vberꝝ molles pendētes de materia flegmatica. ¶ Lupie ſunt quedā q̄ generant in palpebris ⁊ in alijs ptibꝰ coꝛpis d̄ materia flegmatica ⁊ differtur a ſcrophulis ⁊ glandulis. qꝛ ſcrophule ⁊ glādule ſūt magis intus in poꝛis ⁊ carne circumuolute folliculo. ¶ Alie aūt ſūt magis extra. ¶ Curatio verucaꝝ ē abſtinere ab oībus mel'icis. deinde ꝙ frequēter exſanguent cum vnguēto: ⁊ ꝙ apponat lac ficus frequenter ⁊ ꝓculdubio curat. aut ꝙ ligent veruce cū ſetis equi vel ꝙ paſtent iſta lac tintimale auripigm̄. ⁊ paſta. ⁊ fiat caſſula ⁊ deſuper apponat. vel fiāt iſta. ℞. viride eris. aurepigmēti. ⁊ pulpe coll'. ſalis armoniaci. an. ʒ. i. ⁊ paſtent cū lacte tintimalli ⁊ cera ⁊ fiat capſula. vel ꝙ radatur cū nouacula: ⁊ dimittat foꝛtiter exſāguinari. ⁊ poſtea ꝓiciat deſup lac ficꝰ: aut aut lac tintimalli. aut puluis litargiri et auripigmē. diſtēperatis cū foꝛti aceto. ¶ Lupia aūt ⁊ acrocoꝛnides omino abſcindant. ſꝫ lupia ſeu nodus qui ē in palpebꝛa apparet in interioꝛi palpebre dꝫ abſcindi vel remoueri. vel in iſtis excreſcentijs fiant iſta. terant allea cū ſale ⁊ deſuper apponant: ⁊ remoueant ter inter diem ⁊ noctē: ⁊ cōtinuent vſqꝫ ad. ix. dies. ⁊ ꝙ talia cū lamina plūbea foꝛtiter compꝛimantur.

¶ Clarifica. Si aliquis dubitaret q̄modo cōpetūt ſicca: nōne talia indurāt: ⁊ materia eſt dura. ¶ Dico ꝙ ſicca ſtiptica frigida indurant: ſed h̄ ponunt ſicca que reſoluūt ſicut acetum: aut ſicca que cōſumūt ⁊ euapoꝛāt ⁊ eradicāt ⁊ rumpūt ⁊ cauterizant ſicut auripigmētū ⁊ ſimilia talia cōpetūt. ¶ Secūdo notandū ꝙ hmōi excreſcētie nō poſſunt cauſari d̄ co. qm̄ co. euapoꝛat ⁊ euaneſcit: ⁊ nō pōt deuenire ad tantā cōglobationē. fiunt igit de flegmate vitreo caſcato cōglobato aut gipſeo aut mel'ia. ¶ Tertio aduertendū vtruꝫ vna magna ſcrophula ſeu veruca poſſit generare mltas paruas: cū extra ſe nihil amittāt in generato. ¶ Dico ꝙ magna veruca mltū attrahit de ſanguie mel'ico: q̄ attracto mlte alie pue hic inde gñant ⁊ ita d̄ ſcropl'is ¶ Quarto intelligendū ꝙ lꝫ ſanguis pedum ⁊ manuū ſit ſubtilis: nihilominus plus generant veruce in illis ptibus ꝙ in alijs. nō ꝙ ex illo ſanguine ſubtili generent: ſꝫ qꝛ virtus mūdificatiua mittit ſupflua ad extrema. ¶ Quinto notādum ꝙ licꝫ in his iūctum hmōi non cōpetat ſloia. tamē ꝙtum'ē ex vl'i purgatiōe pōt competere.

¶ Capitulū. xxi. de apoſtematibus frigidis cū ſuis appendētijs.

Apoſtematū quedam ſunt ca. ⁊ quedā frigi. ⁊ iō poſtꝙ determinatū eſt de apoſtematibus ca. ſm oēm ſui ambitum: hic agit de frigidis. ¶ Apoſtemata aūt frigida quedā ſunt de flegmate. q̄dā de mel'ia. quedā de aquoſitate. quedā de vētoſitate. ¶ Illa aūt que ſunt de flegmate quedā ſunt mollia humida tractabilia

sine calore. et quedã sunt solida et dura quanto duriora tanto frigidiora.

Cura. Supposito quod vl'ia p̃cesserunt sicut est bona dieta: et bonum regimẽ. et quod materia sit digesta: et euacuata. et ita de aliis sicut decet per ordinem ad regimẽ p̃ticulare veniam⁹. ¶ Repercutiat igitur in primis materia cũ siccis et resolutiuis. accipe igit lixiuiã et resoluat ibi nitrũ et acetũ: et tunc spongia noua intingat: aut pãnus lineus. aut lana: aut filtrum aut pãnus de bũbace: et fomẽtet locus: et desup etiã apponant. et ista cõtinuentur et cotidie augmẽtent. et fiat postea fortis fricatio in loco. ¶ Quãdo aũt videmus quod apostema nõ est resolutum: et accedit ad statuz: et incipit maturari. tunc iuuemus naturã sic. ℞. radicẽ liliȷ. fenugreci. se. lini añ. ʒ. i. bulliant in aqua et fortiter cõterãt et misceant cũ fermento: et fiat empl'm. ¶ In declinatiõe autẽ apponant olea ca. resolutiua: sicut ẽ oleũ laurinũ. oleum de spicanardi et similiũ. vel quod in predicta decoctione que fit in principio addat sulphur extinctũ: et oleũ rosaceũ et sal. et fiat fomẽtatio et spongia intincta ponat desuper. ¶ Si aũt cõquerit de magno dolore: p̃trãto qr apostema erat in mẽbro neruoso aut corda. tũc accipe lanã succidam et vinũ coctuz qđ appellat sapa: et modicum de spicanardi: et camomilla: et mellilotũ. et fiat fomẽtatio et lana desuper apponatur.

¶ De glaudulis nodis et scrophulis.

Ista apostemata causant de flegmate caseato duro cõgelato. quorum cura triplex est. Primo cõprimat fortiter et fricet. vel accipiat tabula plumbea solida et locus fortiter cõprimat cũ tabula: et liget desup. et sit totũ studiũ i fortiter cõprimẽdo. ¶ Secũdo põt curari cũ medicinis cauterizãtib⁹. ℞. elli nigri. auripigmẽti rubei. viride heris. calcis viue. atramenti. sulphuris viui. añ. ʒ. i. litargiri. heris vsti. añ. ʒ. iiij. cõficiant cũ oleo ro. et fiat vnguẽtũ cũ cera. aut fiat emplastrum cuz galbano et bdellio mollificatis in vino. ¶ Tertio curat sic. extẽdat cutis ex vtroque latere et scindat et discarnet vndique et extrahat tota bursicula vbi ista cõtinentur deinde curent sicut vulnera. ¶ Sit tamen duplex cautela. s. quod nihil remãeat đ bursicula: qr iterum reueniret. ¶ Secũda sit quod cũ ista sunt prima neruis et cordis quod illa nõ ledant. ¶ Scrophule generantur ex flegmate vitreo et mel'ia. et assimilant nodis. et generantur vtplurimũ in carne molli. et ideo multiplicant in collo et assellis. raro inuenitur sola: sz sunt multe. aliquãdo est vna grossa magna. aliqñ coadunant nodi multi et videtur eẽ racem⁹ suspẽsus salubres sunt in pueris: grauiores in iuuenibus.

Cura. In primis subtilietur regimẽ vitet repletionẽ cibi et potus. et potissime repletionẽ nauseatiuã. et oĩa illa vitet que replent caput vaporibus. sicut sunt allea. cepe. vinũ forte. vociferatio. ira. solicitudo. et tenere caput inclinatum. et multa consimilia. ¶ In primis fiat floĩa si particularia cõueniũt. digeratur materia cũ opil'e diuretico: et euacuetur cũ diaturbith. ℞. turbith. ʒ. x. zzi. ʒ. v. zuccãi. q. s. ad cõdienduz. et vtatur ea donec materia grossa flegmatica añcedẽs fuerit sufficienter euacuata. postea resoluamus: qm̃ repcussiua nõ cõpetũt hic: nec in magnis scrophulis cõpetit ferrum: vt dicit Auic. ¶ Illud autez quod sufficient resoluit est apl'icon. et diaquilon. ¶ Materialia aũt medicaminũ resoluentiũ scrophulas sunt ista simplicia radix liliȷ. sterc⁹ caprarum. radix cucumeris asinini. ficcus q̃ ceciderũt ante maturitatẽ cũ sunt albe. farina fabarum. amigdala amara. radix colocĩtide. alumẽ. sinape. semẽ vrtice. sulphur spuma maris. aristol'. sqlla. fenugre. calx nasturciũ. sterc⁹ colũbinũ. orobus nitri mel. et iste gũme. bdeli. et. armoniacũ. galbanuz. pix naual'. resina. alchitran. Tunc medic⁹ accipiat vnũ ex illis vel plura aut oĩa. et cõficiat cũ aceto et oleo antiquo. vel potest facere vnguentũ: aut empl'm cum gũmis in maiori portione. ¶ Dicitur etiaz quod serpens ponatur in olla et lutet et i furno decoquat: et caro cũ aceto et melle fortiter cõmisceat et loc⁹ illiniat. ¶ Si autem vehemẽtis fuerit magn⁹ calor in scrophul' addat magna quãtitas coriandri cũ pre-

dictis medicaminibus. finaliter oz recurrere ad manū cirurgicā: sed caueat sibi restaurator a venis ꝛ arterijs ꝛ neruis. ꝛ si nō vadamus ad reges: q₂ reges cōsueuerūt curare solo tactu: potissime serenissime rex francoꝝ. ꝛ ideo morbus regius appellat. Aliqui sunt timidi ꝛ timēt incisionem ꝛ longitudinē viaꝝ. in talibus rumpatur locus cū cautaridibus ꝛ sepo hircino. sz q₂ ista cura ē turpis ꝛ difficilis totalit restauratoribus derelinquo.

¶ De apostematibus duris ꝛ lapideis.

Ista apostemata causant ex materia flegmatica aut melēcolica aut vtrisq₃. ꝛ ꝑ tanto vergit ad plūbeitatē si est d melēcolia ꝛ ad colorē entis ꝛ naturalis si est de flegmate. ꝛ medio modo qn̄ cōpositio ē media. ꝛ talus ꝛ duricies ꝛ similia cōsueuerunt generari in iuncturis ꝛ potissime in pedibus. ita ꝙ frequēter impediūt gressū ꝛ ideo talia sunt abscindēda ꝛ curanda: q₂ frequēter cadūt in cancrū. ¶ In apostematibus igit duris cauendū vt nō ponantur fortiter exiccātia nec fortiter resoluētia: q₂ maior fieret induratio. ponantur igitur lenitiua cū resoluētibus. ¶ Caueatur igit a sale ꝙ ibi nō apponat in assungijs ꝛ caueat acetū ꝙ apponat in parua q̄ntitate qn̄ locus est neruosus. in carnoso aūt plus pōt apponi. ꝛ etiā in principio plus debemus vitare acetū q̄ in fine. ¶ In primis igitur supposito bono regimine vi. rebus naturalibus: ꝛ in illis q̄ reducunt ad illa: sicut est balneū fricatio ꝛ similia. ¶ Accipe lapidē molarē candentē aut marchasitā: ꝛ aspergatur aceto ꝛ suffomiget locus donec sudet. ¶ Materialia aūt vnguētoꝝ et emplastroꝝ que hmōi materias duras resoluūt ꝛ mollificāt sunt ista. assungia galline ꝛ anatris. ꝛ vulpis. ꝛ lupi. ꝛ leonis. ꝛ vulturis. ꝛ aq̄le. ꝛ medulla vituli. ꝛ cerui. ꝛ taliū cōsimiliū: sicut fenugrecū. ꝛ semen lini. ꝛ iste gūme opoponacū. galbanum. serapinū. bdelliū. storax: calamita. mastix. laudanum. pix naualis. ¶ Et de oibus istis quāto retētiora tanto meliora, gūme temperent in aceto aut fece eius qn̄ est ī loco neruoso: ꝛ fiat cōpositio ex vno aut ex multis: fm ꝙ videbit expedire. vt per modū olei ꝛ vnguenti vel emplastri: qd̄ tue industrie derelinquo.

¶ De scrophulis clarificatio.

Intelligendum quod scrophule nō multiplicant in neruis nec in carne dura: lz habeant maiorem cōuenientiā cū eis. protāto q₂ non generant ꝑ viam cōgestiōis: sz ꝑ viam deriuationis. ꝛ cū hoc illa mēbra nō sunt parata ad receptionē materie ꝑꝑ soliditatē: q₂ caro mollis est rara ꝛ spongiosa. ꝛ ideo defacili recipit sup̄fluitates. ꝛ protāto multiplicant plus ī collo ꝛ ascellis ꝛ q₂ caro mollis: ꝛ q₂ emūctoria. ¶ Secūdo notandū ꝙ lz senes abundēt magis ī materia flegmatica accidētaliter ꝛ melēcolica naturaliter. ꝛ cū hoc lz sint magis debiles naturalit q̄ pueri: tn̄ magis multiplicant scrophule in pueris. ꝛ q₂ sūt magis gulosi ꝛ peioris regiminis cōiter: ꝛ mēbra sunt magis parata rōne raritatis. senes aūt vt plurimū sunt melioris regiminis: ꝛ membra sunt solida: ꝛ non recipiunt ita sup̄fluitates. q̄re scrophule magis multiplicant in pueris q̄ in senibus. ¶ Tertio considerandū ꝙ scrophule sunt plures q̄ veruce ꝛ glādule quia materia est peior: ꝛ ideo plus multiplicat sibi simile. vel posset dicere ꝙ nihil aliud est scrophula q̄ glandula multiplicata. vnde quando videmus vnam solam glandulam appellamus. quando autem multas scrophulas. ¶ Quarto intelligendum ꝙ repercussiua non competunt in scrophulis nec in consimilibus apostematibus duris. cuius ratio est quoniam materia est ita grossa ꝛ compacta ꝙ non posset retrocedere. nec etiam competit scarificatio: quia ratione doloris magis traheretur materia ad locū. sed vomitus bene cōpetit. ꝛ licet nō euacuet materiā cōiūctaz: antecedentē tn̄ euacuat. ¶ Ultimo possumus hoc addere: posset aliquis dubitare d ordine nraꝝ receptaꝝ quare

aliquā ponimꝰ materialia ⁊ nō ponimus doses. ¶ Dico ꝙ hic tradiť doctrina operādi. sꝫ modū operādi particularē ꝓp cōuenientiā ⁊ discōuenientiā ꝑticulariū opoꝛtet frequenter mutare addere ⁊ diminuere: sicut dictū ē superiꝰ cū loquebamur ꝺ fistula. ¶ Et iō hic possumꝰ ponere canonē clec. ¶ Mesue tñ aliq̄ simplex medicina ē fortis virtutis. tūc debemꝰ apponere in parua quātitate: qꝛ timemꝰ effectū eiꝰ nimium: sicut in scamonea et ellꝰo ⁊ pulpa coloquintide. ⁊ ita possumꝰ intelligere ī alterantibus. ¶ Si aūt sint debilis virtutis debemꝰ apponere in magna q̄ntitate qm̄ aliter nō haberet effectū: sicut in cassiafi. ⁊ silꝰibus. ⁊ ita in alterātibus. ¶ Si āt res fuerit magni iuuamēti debemus mlťa apponere: sicut eēt peonia ⁊ rutha et ysopus ⁊ epilꝰia. ¶ Si aūt sit debilis iuuamēti: debemus apponere in parua q̄ntitate: sicut esset endiuia antiquata ī febre colꝰica. ¶ Cōponamus igiť si res magni iuuamēti ⁊ parue virtutis cōueniāt. debemus igiť apponere multū valde: quia vtraqꝫ cōuenit. ¶ Si aūt esset iuuamētum magnū ⁊ virtus fortis: apponamus ī q̄ntitate mediocri. qꝛ alter ꝑcipit ⁊ alter negat. ¶ Si aūt fuerit magne virtutis ⁊ parui iuuamēti ponamus mediocriter. qm̄ parui apponemus rōne iuuamēti. sꝫ q̇a virtus est debilis: nō haberet effectuꝫ si q̄ntitas esset parua. sic igiť mediocris. ¶ Et ita diligēs medicus poterit se aliq̇ modo informare.

Capitulum. xxij. de lepra.

Lepra est morbus cōsimilis coꝛrūpens figurā ⁊ formā ⁊ cōpositionē mēbroꝝ: ⁊ finaliter solueēs cōtinuū: ꝓueniēs de materia melꝰica sparsa ad totū coꝛpꝰ. ¶ Intelligendū ē ꝙ mā melꝰica aut spargitur ad totū coꝛpus aut ad partē. si ad totū aut putrefit aut nō. si putrefiat tūc generať febris melꝰica. ¶ Si nō putrefiat tūc aut mittiť ad carnē: aut ad cutē. si ad carnē generat leprā. si ad cutē moꝛpheam. ¶ Si aūt subtus carnē magis ⁊ nō aduratur: tūc generat sclirosim ⁊ duriciem. ¶ Si aūt adurať: aut materia ē grossa: aut subtilis. si grossa sic generat cancrū. si subtilꝰ sic generat herpestiomenū. ⁊ ita herpestiomenus potest generari ex melꝰia adusta: ⁊ ex adustione humoꝝ calidoꝝ: vt superius dictū est. ¶ Ex his patet ꝙ lepra ꝑ se ē moꝛbus cōsimilis seu accidēs moꝛbi cōsimilis: q̄ vtrūqꝫ pōt dici suo modo loquendi: sicut manibus infirmus. ¶ Et ita in lepra est triplex moꝛbus. cōsimilis. officialis. ⁊ cōis. ¶ Cōsimilis ē ꝓp malā cōplexionē frigidā ⁊ siccā: que ē causa imediata ⁊ ꝑ se quare errat virtus assimilatiua. ⁊ ꝓ tanto dicebat Gal. vi. de moꝛbo ꝙ lepra est erroꝛ nimiꝰ virtutis assimilatiue in carne. ¶ Et iō dicit Gal. in de virtutibꝰ naturalibꝰ. ꝙ cuꝫ virtꝰ digestiua errat ī disseminādo: tūc causať ethica. ⁊ qn̄ errat in assimilādo: tūc causať lepra. ⁊ qn̄ in vniēdo ydropisis. ¶ Mala igiť cōplexio frigida ⁊ sicca existēs in carne ꝓp materiā melꝰicā: nō pōt hāc mām coꝛruptā ⁊ ineptā assimilare carni ita ꝙ sit rubea ⁊ caro vera: sꝫ generat carnē flegmaticā quasi sepataꝫ granulosaꝫ: ⁊ ita generať lepra. ¶ Pateꝫ igiť ꝙ lepra ē moꝛbꝰ cōsilꝰis ⁊ est etiā moꝛbꝰ officialꝰ ꝓp coꝛruptionē figure. qm̄ tāta est malicia cōplexiōis ꝙ etiā figurā coꝛrūpit. imo coꝛruptō forme ⁊ figure ē sua ꝺr̄ntia cōstitutiua: sicut patebit inferiꝰ. ¶ Est etiā moꝛbꝰ cōis: qꝛ finaliter soluiť cōtinuū nisi ꝑueniat moꝛs. bene igiť ꝓponebať in notificatōe ꝙ lepra est moꝛbꝰ cōsimilis coꝛrūpēs formā ⁊ figurā ⁊ cōpositionē mēbroꝝ: ⁊ finaliť soluēs cōtinuū ꝓueniēs de materia melꝰica sparsa ad totū coꝛpꝰ. ¶ Lepra igiť ē erroꝛ nimiꝰ virtutis assimilatiue in carne.

Cause. Lepra enī aut introduciť ab vtero: aut post. si ab vtero hꝫ est qꝛ generatꝰ ē tp̄e mēstruoꝝ. aut qꝛ ē filius leprosi. aut qꝛ leprosus cōcubuit cū muliere pregnāte. ⁊ ita baccalariꝰ erit leprosus. ⁊ ex his coꝛruptiōibꝰ magis aduenientibꝰ cōceptui generať lepra. ¶ Si pꝰ vteꝝ hꝫ pōt eē qꝛ aer ē malꝰ coꝛruptꝰ pestilētialis. aut qꝛ ꝯtinuauit cibaria melꝰica: sicut sunt lentes ⁊ alia legumīa. ⁊ carnes melꝰicas sicut sunt vulpes. ⁊ vrsi. ⁊ apri. ⁊ lepores. ⁊ q̄drupedalia sicut sunt asini. ⁊ similia. ¶ Et in quibusdā regionibꝰ oīa talia feralia comedūť. ⁊ ꝓuenit etiā

et nimia cōfabulatiōe cum leprosis: et ex coytu cū leprosa. et qui iacet cum muliere cū qua iacuit leprosus semine adhuc i matrice existēte. qm̄ ex coytu cū leproso mulier nō inficitur: nisi nimis cōtinuaret, propter densitatē matricis. et si sanus iacet cū muliere cū qua iacuit leprosus semie ad huc in matrice existēte: necessario erit leprosus. quia pori sunt rari in masculo et infectio statim trāsit ad totum corpus. quare mirabilissime ē cauendū. et si aliqua oportunitas aut malicia cogeret: ingeniet quod semē exeat matricē: saltādo sternutando balneando: et matricē cū aquis mūdificatiuis abstergendo. et qd̄ etiā precedat lōgum tēpus q̄tum erit possibile. Et multi alij modi sunt quos nō opus narrare i expellēdo semē receptū. sin aūt paret se ad cucurbitā et stellas et ad obrobriū sempiternū. Cauere dz sibi quilibet quod nō iaceat cū leprosa muliere. et dicā quod accidit. quedam comitissa vēit leprosa ad mōtē pessulanū: et erat in fine i cura mea. et quidā baccalarius in mā ministrabat ei et iacuit cū ea: et ipregnauit eā: et pfectissime leprosus factus est. Igit felix quē faciūt aliēa picula cautū. Comedere etiā lac et pisces i eadē mēsa iducit leprā. repletio et nauseatiua ex cibis calidis sanguinē adurētibus: aut ex frigidis et siccis melēcis vt dictū est. Hoīes igit colici extenuati multū calidi adusti et habētes epar calidū caueāt sibi: quia ipi sunt in media via. licet eis cā imediata lepre sit mā melēca: et mala complexio frigida et sicca. et sic nō fit nisi vna species. Tamē cōsiderādo cās antecedentes sunt quatuor. qm̄ aliqn̄ adurit colera et trā sit in melēiam. et generatur

leonina lepra q̄ appellat leonina: q̄ citissime vēit ad augmentū. et qn̄ adurit sanguis gene-

allopitia ratur allopicia: et est saluior inter oēs. et post eā colica a principio citius curat. et

elephantia adurit melēia et causat elephātiam. et tardius venit ad augmētum: et tardius curat.

tiria et aduritur flegma et causat tyriā: et habet se medio modo inter ista.

Signa infallibilia sunt ista. Signa depilatio supciliorū: et grossicies eorū. rotūditas oculorum. dilatio nariū exterius: et coartatio interius. cū difficultate anhelitus: et quasi si cū naribus loquerentur: et color faciei lucidus vergēs ad fuscedinē mortificatā. et terribilis aspectus faciei cū fixo intuitu. et cū gracilitate cōtractione pulpar auriū. Et p vnū signū nō debemus iudicare: quia frequēter sunt equiuoca: sed duo vel tria. ista tamē sunt certiora. et sunt multa alia sicut sunt pustule. et excrescentie. et cōsumptio musculorum: et potissime illius q̄ est inter policē et indicem et insensibilitas extremitatū et cissure et infectiones cutis. et sanguis cū est ablutus sicut decet hz cōtenta nigra terrea aspera arenosa. et multa alia valde q̄ ponūt auctores. mihi tamē sufficiūt illa q̄ in facie inuēta sunt: sicut clarificabit i clarificatione dictorū. Ista autem sunt signa detecta manifesta: quibus apparentibus patiēs est a populo sequestrādus. Signa oculta q̄ signāt leprā cū est i principio sunt ista color faciei rubēs vergens ad nigredinē. et incipit anhelitus imutari. et vox aliquo modo raucescit et capilli icipiūt gracilari et puificari. et est sudor eius et anhelitus decliuus ad fetorē. et apparēt mores melēci et mali et dolosi. et multiplicātur in somno somnia melēia terribilia: et sentit i somno grauedinē maximā supra corpus suū. et in quibusdam apparet scabies et pustula et morphea p totū corpus. et incipit fieri fetida corporis dispositio. et dum tū nō corrūpatur forma et figura: nōdum est iudicādus ad sepationē sed ē fortissime cōminādus. Signa aūt q̄ signāt naufragium et approximationē ad terminū sunt ista. corrosio cartillaginis q̄ est inter foramina nariū: et casus eiusdē. scissura pedū et manuū: et casus eorūdem. grossities labiorū et dispositio corporis glandulosa difusa et difficultas anhelitus. et vox rauciloqua catullina. et terribilis aspectus faciei et coloris nigri. et pulsus ocultus paruus. Signa aūt hūoris peccātis sūt si fuerit lepra ex sanguinē: color faciei vergit ad rubedinē obscurā. faciē habet subtumidā cum ruboribus multis vlcerosis et cū virulentia. oculi sunt rubei. et palpebre inuersantur et ex qualibus lenissima cā exit sanguis a naribus. odor grauis et fetidus in toto corpore. vrina vgit ad ruborē et spissitudinē. Si autē fuerit ex co. color vergit ad citrinitatē nigrā pūctura et mordicatio ē

in facie ⁊ palpebris irascitur velociter. ⁊ est tirānus morb⁹. vrina vergit ad citrinitatē. aliqñ est ibi īpetigo ⁊ serpigo. ⁊ citissime venit ad augmētū. ¶ Si aūt fuerit ex flegmate: color est albus vergens ad nigredinē. faciē habet subtumidā: ⁊ extremitates cū resolutiōib⁹ furfureis et squamis albis. vrina est alba vergēs ad spissitudinē cū quadā glaucositate saniosa. ¶ Si autē fuerit de mel'ia: facies vergit ad nigredinē turbatam. ita ꝙ si aer fuerit nimis calidus aut moueat̄ aut trascat̄: color erit rube⁹ turbatus vergēs ad nigredinem. et si aer infrigidet̄ aut timet: color erit liuidus turbatus vergēs ad nigredinem. nodositates multe in toto corpore mores sūt mel'ici. stupor et insensibilitas vrina tenuis et remissa. ¶ Si igitur fuerit de sanguine vocatur allopicia. et si ð co. leonina. ⁊ si de flegmate tyria. ⁊ si de melencolia elephantia.

Pronostica.

Pronosticare pro certo possum⁹ ꝙ in sempiternū lepra postq̄ venit ad manifestam corruptionē forme ⁊ figure non curabitur: sed vitā ꝓlongare possum⁹ ⁊ impedire cū medicaminibus. qm̄ mā venenosa mel'ica incinerata nō vadat ad cor ⁊ mēbra principalia: q̄ intelligendū ē ꝙ lepra īcipit primo ab interiorib⁹: ⁊ postea manifestabit̄ in facie ⁊ extremitatib⁹: ⁊ iterato reuertit̄ ad interiora: ⁊ tunc est mors. quia mēbra nobilia ruinā sustinere nō possunt. tū ꝓpter horribilitatē materie: tū ꝓpter malā ꝯplexionē frām ⁊ siccā oppositā vite principijs. ¶ Et ꝓpter h̄ innuebat Auic. quō curabit̄ lepra q̄ ē cācer vl'is: cū iā nō pōt curari cancer ꝑticularis. ¶ Alopicia enim est min⁹ ꝑiculosa et facilioris curatiōis a principio. leonina aūt facili⁹ venit ad augmentū. elephātia tardius venit ad augmentum vt dictū ē: ⁊ tardi⁹ curat̄. Tyria medio modo se h̄z.

Cura.

In primis incipiam⁹ a floīa. ¶ Intelligendū est igit̄ ꝙ postq̄ egritudo est cōfirmata ꝙ cognoscit̄ ꝑ corruptionē: nō multum ꝓdest floīa nec fortis medicina: cōmouēt eniz ⁊ nō euacuant. infrigidāt ⁊ desiccāt ⁊ virtutē abiciunt. ⁊ de mā morbi modicum aut nihil euacuāt, qm̄ nō iam est in venis s̄z in mēbris. ¶ Si autē cōpetat floīa in lepra ꝯfirmata: hoc est q̄ lepra est de sanguine: et q̄ sanguis multū abūdat aut si fuerit etiam in muliere ꝓpter retētionē mēstruorꝫ aut ꝓpter retētionē emororꝫ insolita. aut si veniret patiēs ad magnā difficultatē anhelit⁹ ita ꝙ timerem⁹ de suffocatione. aliter nō videt̄ ꝯpetere. ⁊ essꝫ minus malū ꝙ fieret de venis paruis: q̄ de venis magnis. vel ꝙ fieret ventosatio cū scarificatiōe īter scapulas aut in tibijs. a principio aūt meli⁹ est ⁊ directi⁹ pōt ꝯpetere floīa: qm̄ mā est in venis. fiat igit̄ vt oꝫ ⁊ sicut opꝫ. ⁊ tm̄ video cōiter oꝑantes errare. qm̄ indifferēter faciūt ⁊ multas valde vigilem⁹ igit̄. ¶ Secūdo opꝫ cōsiderare ð farmacijs ⁊ de digestione materie ī principio cū est curabilis: q̄ de ꝯfirmata nō debem⁹ nos intromittere quātū ad curā nisi ad ꝓlongandū vitā. ⁊ ꝙ ꝑdicat̄ si medic⁹ fortiter fuerit rogat⁹. ¶ In primis digeratur mā ꝑ hunc moduꝫ. ℞. succi borꝝ. succi fumi terre. succi scabiose. succi lapacij acuti. aā. ʒ. iij. florꝝ borꝝ. florꝝ viol'. foliorū sene. epichimi cuscute. polipodij. aneti. liquir̄. mundꝫ. aā. ʒ. i. mell'ro. et panis zucc. aā. q̄rt. iij. fiat sirup⁹ clarificat⁹. ¶ Si autē hu. ca. dn̄ent̄ addant̄ silr̄ endꝫ. scariol'. lactu. ⁊ acetū. ¶ Si autē materie frē dominētur addantur ista origanū. s. ⁊ calamentū. antos. sticados. anisuꝫ ⁊ mātrū. ¶ Et si fuerit mulier cū retētione mēstruorū: addat̄ arthemisia et samua. et s̄ꝫ aliorū ꝑticulariū oportet aliquid addere vel diminuere: qm̄ si pauꝑ fuerit et materia sit ca. digerat̄ cū oxizaccā. et sirupo ð fumo terre. et si cā est frigida cū oxill'. diur̄. ⁊ squill'. ⁊ sirupo de fumo terre. ¶ Si autē fuerit delicat⁹ ⁊ diues digerat̄ cum his el'uarijs. ℞. diābre. diacameon. diarodō iulij. diamargariton. ¶ Si aūt fuerit pauꝑ cū diaritos. ⁊ dianison. ¶ Et si cā esset ca. addant̄ zuccarꝫ ro. ⁊ triasandal. ¶ Materia digesta tertio loco oꝫ deuenire ad medicinas. medicine fortes eleborice nō dētur nisi in medio veris semel. ⁊ in medio autūni semel. faciles aūt multis dent̄ et multis vicib⁹. imo forte cotidie vsq̄ ad bonā vnā ascellā vel duas: vl' parꝫ plus iuxta cōneniētiā particulariū. ℞. floruꝫ borꝝ, florꝝ viol', foliorū sene, epichi, poli

densat ⁊ transit in materiā capillorum.
¶ Modus aūt sue generatiōis est iste:cū
vapor retētus est in poro etiā condensa
tus:tūc venit secund⁹ vapor ⁊ pcutit pri
mum ⁊ coadunat cū eo.⁊ terti⁹ pcutit se
cundū ⁊ impellit ab extra.⁊ iō fit vapoꝝ
quedā cōcatenatio.⁊ ita capilloꝝ sola est
generatio sine oi alio regimine. ¶ Infor
matur igit vapor fm naturā pori:qm̄ si
porus est rect⁹ ⁊ vapor erit rect⁹:quātuz
est ex hoc ⁊ capill⁹ plan⁹.si tortuosus:et
capill⁹ tortuosus.⁊ ita efficitur crisp⁹.qm̄
fm Gal.in de cōplexionib⁹.nō cōtingit
deuenire a tortuositate in rectitudinem:
nisi mollificent pri⁹. ¶ Alie aūt sunt cause
crispitudinis:sicut est calor ⁊ sic.cū nimis
excedūt.⁊ debilitas virtutis vaporez de
biliter impellentis.⁊ opilatio pori.⁊ tor
tuositas vt dictū est. ¶ Mediocritas igit
pori est causa formalis capillorū.nimia
aūt raritas aut densitas ē cā priuationis
capilloꝝ.⁊ iō in vel manuū nō crescunt
capilli pp nimiā raritatem.qm̄ exalat va
por insensibiliter ⁊ retineri nō pōt:nec i͂
plantis pedū pp nimiā densitatē.⁊ iō in
aialib⁹ scamatalib⁹ aut testeis nō crescūt
capilli pp nimiā poroꝝ densitatē.sicut te
stat Gal.in de cōplexionib⁹. ¶ Causa autē
finalis est necessitas vtilitas ⁊ decoratio

necessitas fuit vt distigueret sexus:vt no
bile ab ignobili distiguat.⁊ ad h̄ ē bar
ba ⁊ pilū palpebraꝝ ad oculi defensionē
sunt eni͂ pili in palpebris sicut sepes i͂ or
tis. ¶ Utilitas fuit vt mūdificaret corp⁹ a
vaporibus siccis.aliter em̄ possent indu
cere nocumentū. ¶ Et ad hoc fiunt pili in
guinū ⁊ assellaꝝ ⁊ reliquaꝝ partiuz.⁊ idō
nō approbo sentētiā illoꝝ qui impediūt
in puellis generationē piloꝝ in pudibū
dis:cuz narcoticis aut cauterio aut quo
cūqꝫ alio modo.quia illi vapores retēti
multa possunt inducere nocumēta. ¶ Fiūt
etiam capilli ad decorē ⁊ honestatē:sicut
in supcilijs ⁊ capite.⁊ ideo cū pter natu
ram amissi sunt:nos intendim⁹ ad eoruz
generationē:qm̄ decor a corpe est ablat⁹
¶ Et cum hec causa que vaporem truncat
multa peiora posset inducere nocumen
ta.quare salus est causaz remouere. Cau
sa igit allopicie ad causa humoris vapo
rem truncantis.

Signa. ¶ Cū videm⁹ pilos fluere a ca
pite sine causa māifesta:tūc
videamus si sint squame aut resolutio
nes furfuree.⁊ si non consideremus si in
radicibus capilloꝝ sint vlcerea.⁊ si sint
vlcēa ⁊ non alia tunc est allopicia.⁊ si co
lor vergat ad rubedinem de sanguine in
fectus est.⁊ si ad citrinitatem de colera ē
⁊ si ad albedinē squamosam vel quasi de
flegmate est.⁊ si ast nigredinem vel ad li
uorem de melēia est.

Pronostica. ¶ Omnis casus aut
priuatio capillorum
ppter priuationem causarum naturaliū
est inrestaurabilis.⁊ ideo frustra labora
mus in caluicie naturali.⁊ in eunuchis.⁊
in homine imberbi.⁊ in senib⁹.⁊ in ptisi
cis ⁊ consumptis ⁊ in cicatricibus. ¶ Et si
fuerit accidentalis causa et est recens re
mediari potest.⁊ si antiqua aut est impos
sibile:aut summe difficile.quoniam ma
la complexio est equata. ¶ Ypo.autem etiā
noluit pronosticare:quoniā varices cum
innascunt causa sunt rursuz capuli si fiāt
¶ Cuius ratio est:quoniam mala materia
que truncabat capillos iam reuoluta est
ad inferiora.⁊ ideo ex hoc scimus quid
agendum. ¶ Utile est igitur pronosticare:
ne impossibilia pmittamus.

Cura. In primis purgem⁹ materiā peccantē. Si igiť sanguis est in causa fiat flōia. ⁊ purgeť corp⁹ cū mānna ⁊ cassiafi. ⁊ tamarind. ⁊ cū diaprunis ⁊ silib⁹. ⁊ vtať dieta tenui ⁊ infriatiua.

Et si coľa est in cā vtať: dieta dicta. ⁊ digerať materia cū oxizac. ⁊ sirupo violˀ. ⁊ sirupo de bor. ⁊ sirup. de fumo terre. Et euacueť cū mirabľ. citri. ⁊ indiſ. tēperatis in lacte. ⁊ vuiſ paſ. ⁊ liquiť. cū ista regulāt mirabľ. qm̄ temperari debēt sp cū lacte: aut ceteris vbi sint vue paſ. ⁊ liquiť. aliť corrugāt stomacū ⁊ dimittūt mala vestigia post se. recordenť igiť qm̄ nobilis medicina est: cū ex locis primis purgēt oēs hu. citni co. chebľi. fľa. indi meľiaꝫ. bellˀici ⁊ emblici adustā. et ita possum⁹ purgare oēs humores. quare deinceps ipos i reuerētia habeam⁹. Si āt cā fuerit antiquata coľica ⁊ passio fortis: tūc purgetur cū elˀrio de succo ro. ⁊ yeraruffi. deinde radať caput ⁊ stupheť: ⁊ in stupha ponať multitudo fumi terre. deinde vtať rubea trociscata ⁊ tyriaca. ⁊ recte fiat sicut in morbis infectis. Si aūt fuerit flegma vtať cibis caľidiſ tēperate. ⁊ digerať materia cū oxiľľ. diuř. ⁊ siru. de fumo terre. ⁊ euacueť cū mirabľ. chebľ. aut cū yerap. ⁊ yeraruffi. ⁊ fiat stupha cū herbis diureticis. ⁊ deť sibi aurea alexandrina ⁊ tyriaca. Si aūt fuerit mā meľica: digerať mā cū oxiľ. diuř. ⁊ squiľľ. ⁊ siru. de fumo terre ⁊ purgeť cū mirabľ. indiſ. ⁊ lapid armenico. aut cū yeraruffi. ⁊ diasene. ⁊ fiāt stuphe. ⁊ denť sibi opiate: ⁊ alia sicut decet. corpore aūt mūdificato: ad localia remedia veniam⁹. Si aūt fuerit cā calida: inungať cū isto vnguēto cui⁹ mālia sūt hec cortex castanearꝫ. amigd. auellanarꝫ. nucū sterc⁹ caprarꝫ. mel. ⁊ acetū. Ista em̄ debēt assari ⁊ puluerizari ⁊ cum aceto ⁊ melle misceri ad modū vnguētī. Capite autem post raso ⁊ fricato ⁊ scarificato: postea debet inungi. Si aūt cā fuerit frida fiat sicut prius. ⁊ postea inūgať cū isto vnguēto: cui⁹ materialia sunt hec. vtriusqꝫ elľs. sterc⁹ colūbinuꝫ. euforbiū. staphisagria. tapsia, gūmi ruthe agrestis. sinapis. nasturciū. erucha. coloquītid. sterc⁹ sorricis tritū. spuma maris. laudanū. spicanardi. radix cāne folia sicc⁹. Accipianť igiť aliq ex istis vľ multa: ⁊ pulueriſenť: ⁊ cū oleo laurino: aut cū oleo amigd. amarꝫ. ⁊ cēa. q. s. misceanť ⁊ fiat vnguētū. ⁊ post lauetur cū aqua decoctōis fabarum ⁊ sicle. ⁊ ista totiens reiterantur donec habeatur intentum.

Clarificatio. Aliquis posset dubitare cui⁹ cōplexionis cēnt capilli. Dico ꝙ capilli i se ⁊ quātum ē ex pte materie sunt fridi ⁊ sicci. qm̄ vapor est terren⁹ fridus ⁊ sicc⁹. Et iō dicebat Auic. ꝙ frigidi⁹ qd sit in corpe humano post flegma sunt capilli. ⁊ iō forte nullū animal nutriť ex capillis. Quantū est igiť ex parte materie capill⁹ est vapor frigid⁹ ⁊ siccus. Sed si nos loquamur d cōplexiōe capillorꝫ quātū est ex parte agentis. tunc ſm diuersitatē coloris diuersificanť capilli in multitudine ⁊ paucitate ⁊ crispitudine ⁊ colore. qm̄ multitudo capillorꝫ seu pilorꝫ attestať supra caliditatem. ⁊ sic paucitas supra fritatē in quacūqꝫ pte corporis fuerint: siue in capite siue in pectore: siue in ypocūdeis ⁊ ventre seu ingrine. ⁊ ita de aliis. Cōplexio igiť caľa multiplicat. ⁊ frigida minorat. Et sicut diuersificanť capilli ex pte cōplexiōis ita ex parte etatis ⁊ climatis. In cōplexione igiť meľica vergūt capilli ad glaucedinē. ⁊ in flegmatica ad albedinē seu flauedinē. ⁊ si flegma fuerit putrefcm̄ ad caniciē. ⁊ si coľa dn̄etur vergūt ad citrinitatem. ⁊ si san. ad rubedine. ⁊ si temperies fuerit ad ruffedinem. ⁊ si fiat humorū adustio vergunt ad nigredinem. Et sicut ē de complexionibus ita d etatibus. quia in infantia vergunt ad flauedinem. deinde ad ruffedinem. deinde ad citrinitateꝫ deinde ad rubedinē. deinde ad caniciem

Et ita est de regionibus ⁊ climatibus. qniam indi ⁊ ethiopes habent nigros et crispos. ⁊ anglici ⁊ theotonici flauos et planos. ⁊ medij mediocriter. Et licet capilli ⁊ multitudo eorum atestetur supra caliditatem tanqꝫ supra causam efficientem. tamē propter hoc in natura sua nō erūt calidi quoniam glacies a caliditate dissoluiť: ⁊ later a calido adunať. ⁊ tamē ista sunt frida in se. ita ē de capillis. Patet igitur cui⁹ cōplexiōis sint in se ⁊ quo ad mālia: ⁊ cui⁹ sint quo ad efficientia.

Secundo notem⁹ de caluicie. Caluicies quedā est naturalis: ⁊ quedā accidētalis. Naturalis fit a calido excedēte. licet eni͂ calidū multiplicet capillos ⁊ plātas. tamē quādo multū excedit cōsumit humidum ⁊ cōsumēdo humidū cōsumit seipm. Primo igit̄ deficit agens qđ erat cā efficiens capilloꝝ. Secūdo deficit materia: cū per calidū sit cōsumpta. Tertio calidū cōstituit sibi heredē .s. frigidū. nūc aūt frigidū claudit poros: ⁊ ita vapor si aliqualis eēt nō h̄z exitū. patet igit̄ ꝙ colerici de facili caluescūt. sed pueri ⁊ senes eunuchi et mulieres nō caluescūt: cū calor nō sit tantum ꝙ possit materiā cōsumere capilloꝝ. Hoc aūt fit potissime in anteriori ꝑte capitis: cū illa ꝑs sit calidior: ⁊ substāria cerebellaris sit subtilior: ⁊ sit etiā a craneo elōgata ſm Auice. tertio de instorijs aīalium caplo ꝑrio. ⁊ iō caluicies nō recipit curationē. Est etiā alia caluicies accidentalis in qua fluunt capilli: sicut in cōualescentib⁹: ⁊ famellicis: ⁊ in incarceratis: et in vtentib⁹ nimio coytu. In istis eni͂ deficit mā. ⁊ iō cum ocio ⁊ nimio nutrimēto ⁊ balneis curant̄. nec nō cadūt etiā capilli ⁊ generat̄ caluicies ꝑꝑ humoꝝ corruptionē. ⁊ de ista cā ꝑtim dictū est: ⁊ ꝑti dicet̄. Tertio dicendū ꝙ materia capilloꝝ sunt humores qui in epate generant̄ licet materia immediata a tertia digestiua ꝓcedit: ꝑ quā fit euaporatio ⁊ fumoꝝ expulsio. Et iō iuxta hoc intelligendū ꝙ ex sup̄fluitatib⁹ prie ⁊ secūde digestiue mēbra aliqua n͂ generāt ꝑꝑ eoꝝ impuritatē licet aliqua aīalia generent̄ ꝑ viam putrefactionis. materialꝰ aūt sup̄fluitas tertie digestiue ē magis pura: ⁊ iō generant̄ inde quedā mēbra: sicut sunt pili. ⁊ vngues. ⁊ cornua. ⁊ solee. Quarto notandū ꝙ i alopicia competit aliqn͂ flōia ⁊ farmacia. ⁊ ideo notādū ē gratia mē ꝙ cū flōia ⁊ farmacia cōpetūt: tūc aut ē in sanis lapsis: aut in egris. Si in sanis p̄cedat farmacia cū nō timeam⁹ humoꝝ corruptionez ⁊ p⁹a seq̄t̄ flōia. ⁊ ita fiet euētatio fumoꝝ derelictoꝝ a farmacia. Si aūt fiat i egris tūc flōia dz p̄cedere. cū tunc putrefactio sit velocior: ⁊ flōia est purgatio vlꝰior. ⁊ farmacia dz subsequi. In tali igit̄ casu dz p̄cedere farmacia; nisi forte esset valde facilis: sicut ē cassiafi. ⁊ similia.

Capitulū .ij. de casu capilloꝝ.

Casus capillorum est fluxus capilloꝝ paulatinus sine humoris vicio.

Cause. Postꝙ̄ dictū est de fluxu nimio ⁊ repētino cū homoris vicio. hic agit̄ de fluxu paulatino sine humoris vicio: cuius duplex est cā. priuatio materie. ⁊ inepta poroꝝ dispositio. Priuatio materie fit sicut in nimis ieiunātib⁹ ⁊ extenuatis: ⁊ i fine febriū acutaꝝ ⁊ cronicaꝝ ⁊ silꝰib⁹. Pori autē reddunt̄ inepti aut q2 nimis dilatati. dilatant̄ aūt ꝑꝑ malam cōplexionē ca. vt ꝑꝑ solutionez. ⁊ laborē. ⁊ balnea. ⁊ vnguēta ca. ⁊ silꝰia. ⁊ ita vapor nō pōt cōdensari. pori aūt aliqn͂ cōdensant̄ ⁊ vapor nō h̄z exitū. vnde aliquādo cōstringunt̄ ꝑꝑ frigiditatē aeris: aut niuis: aut ꝑꝑ vnguēta frigida ⁊ silꝰia.

Signa. Priuatio humoris cognoscitur ꝑ extenuatā habitudinē ⁊ q2 p̄cesserūt febres. ⁊ ꝑ indicia patientis. raritas cognoscit̄ ꝑ continuū fluxum depssitas q2 vix oriunt̄ ⁊ sunt exiles: ⁊ ꝑ indicia patientis.

Pronostica. Pronosticare pōt medic⁹ q2 satis de facili curabit̄: si velit medico obedire.

Cura. Si est ꝑꝑ priuationē: inungatur sibi ocius ⁊ dieta humida ⁊ resumptiua. ⁊ inungat̄ caput cū oleo d̄ laudano ⁊ mastice. Si aūt fuerit ꝑꝑ nimiam raritatē: inungat̄ cū onifacino. ⁊ cum oleo ro. ⁊ mirtino. ⁊ sisamino. ⁊ cū oleo d̄ citonijs. ⁊ cū oleo corticū nucū. auellanarum. castaneaꝝ. assis. ⁊ cū oleo radicis cāne asse. ⁊ cū oleo de gallis. ⁊ de capillꝰ veneris. Si aūt fuerit ꝑꝑ opilationē: inungatur cū oleo de amigdalꝰ amaris assis. ⁊ cū oleo laurino. ⁊ cū oleo absinthio. ⁊ cū oleo de spicanar̄. ⁊ cū nigella assa. ⁊ cū silꝰib⁹ oleis calidis ⁊ ap.iuis habētibus ꝙ̄dam stipticitatē. ⁊ qui nō pōt habere simplicia fiat per ꝯposita. ⁊ possunt fieri vnguēta ⁊ emplꝰa ⁊ puluēs ⁊ silꝰia.

Clarificatio. Intelligendū ꝙ vt plurimū citi⁹ cadūt capilli in capite ꝙ̄ in alijs partib⁹ corpo

§ Arnal[dus]. ad faciendū nasci pilos ubicumq[ue]. Locuste virides & apes combur[...] & cū oleo mixtus ut ro[...] ut assongia mixta & usui restrua §. Idem & ossa dactilo[rum] & laudanum a[...], confecta cū oleo mirtino & loca unge q[uod] facit pilos in brevi renasci.

ris:nō obstante frigiditate cerebri ⁊ po-
rorum clausione per quā deberēt obser-
uari. Dico ꝙ plꝰ abundāt in capite q̄ ī a-
lijs partibꝰ corporis sub nāli dispōne se
habēte. qm̄ cerebꝝ est sicut caminuꝫ toti
corpori. ⁊ ideo fumi de facili ascendūt ⁊
multiplicanꝛ capilli. Si igiꝛ sit corpus p̄
ter naturā citius ibi deficiūt ꝓpter longi
tudinē vie: aut q2 fumꝰ ꝓpter sui paruita
tem ascendere nō pōt: aut si ascēderet cō
sumiꝛ ꝓpter maliciā humoꝝ: ⁊ his silibꝰ
Cuꝫ ergo calor citiꝰ deficiat in extremis
q̄ in medio. ideo citiꝰ deficiūt capilli ꝓpꝛ
destitutōeꝫ caloris naturalꝭ ⁊ virtutis re-
gitiue. ⁊ iō mors citiꝰ incipit ⁊ apparet ī
pedibꝰ ſm Gal. in ꝓnosticis. In barba
aūt ⁊ facie nō cadūt ita cito: nisi esset cau
sa fortis valde. ꝓtāto q2 natura ē magis
sollicita in regimine ꝓpter nobilitatem
sensuuꝫ qui sunt ibi. ⁊ q2 fuit barba ꝓpꝛ
discretionē sexus: vtile fuit in natura vt
habitꝰ naturalꝭ ⁊ artificialis viroꝝ ⁊ mu-
lieꝝ esset distinctꝰ. ⁊ solo visu discerneretꝛ
aliter eīm discretio pōt eē ignominosa.
Natura igiꝛ ꝓpter finē pilos barbe abi-
re nō permittit. Nec etiā cadūt in assellꝭ
⁊ in inguinibꝰ cū sint emunctoria. ⁊ ideo
satis vadit de vapore. nec etiā cadūt ī pe
ctore ꝓpter cor. nec ī vētre ꝓpter epar
nec in coxis ꝓpter testes. ⁊ q2 nā nō facit
nisi solū cōseruare. Isti eīm qui a princi-
pio nati sunt illi ꝯseruanꝛ ⁊ nō cadūt ꝓ-
pter fortitudinē virtutis ꝯtentiue. nec in
cerebro virtꝰ cōtentiua est ita fortis: cuꝫ
est p̄ter naturā: qm̄ oē mēbrum infrātum
oꝑationes hꝫ lesas de necessitate. sic di-
cit Gal. in illo amphismo. quibuscūq[ue] iu
uenibꝰ ⁊c. Fluunt igiꝛ capilli cōiter loq̄n
do citiꝰ in capite q̄ in alijs ꝑtibꝰ. Secū-
do intelligendū ꝙ pili nō sūt in toto cor
pore: lꝫ sudor possit eē in toto: ⁊ rō huiꝰ
est: qm̄ sudor est vapor subtilior: ⁊ pili sꝛ
ex substātia grossiori. Et alia cā est q2 ra-
rum ⁊ densum impediūt gnātionē piloꝝ
humidū āt facilꝰ pōt resudando exire.
Tertio notandū ꝙ viri habuerūt barbā
etiā q2 calidiores: ⁊ ꝑꝑ distinctionē sexꝰ.
Si autē eunuchi añ pubescētiā amiserit
socios nunq̄ barbescūt. ⁊ si post illā bar
ba que nata ē cōseruaꝛ. Quarto aduer
tendū ꝙ in regione ca. ⁊ ꝯplexiōe calida
citius pubescūt. q2 talis citus mouet va
porem ⁊ aperit poros. In regiōe aūt fri
gida ⁊ ꝯplexione frigida tardiꝰ: ꝑꝑ cām
cōtrariā. Quinto sciēdū ꝙ in leprosis
citiꝰ cadūt pili in suꝑcilijs: ꝑꝑ vaporē cor
ruptū latitantē in ꝯcauitate nerui obtici
sicut dictū est supiꝰ caplo de lepra.

Capitulū. iij. de asperitate capilloꝝ

Asperitas ē trun
catio seu fissura capilloꝝ
adueniēs viris ⁊ mulieribꝰ
calide ꝯplexiōis in iuuētute existētibus.
Intelligendū ē ꝙ capillis veniūt quedā
fede dispōnes: que vulgariꝛ appellantur
sirones. aut pole. aut ratatō: qm̄ ratativꝛ
denꝛ truncati ⁊ mutilati. ⁊ cū hoc aliq̄n
bifurcanꝛ. ⁊ talis dispositio appellaꝛ as-
peritas capilloꝝ. Et causaꝛ ex co. adusta
truncāte vaporē. ⁊ iō vnꝰ capillus videꝛ
longior altero: ⁊ alter breuior: sicut si mu
res inequaliter corrodissent. ⁊ h̄ q2 cali-
dum affixuꝫ vapori cōsumit in ꝑte vapo
rem ⁊ adurit. ⁊ iō nō pōt ꝓlongari vlte-
rius cū deficit sibi materia: ⁊ q2 inequali
ter aduriꝛ: capita inequalia apparēt. Nō
ergo capita sūt trūcata: sꝫ videnꝛ trūca-
ta cū vlteriꝰ capilli nō crescāt. Vel posse
dicere ꝙ īmo etiā trūcātur ꝑꝑ adustionē
⁊ hoc potissime ꝑꝑ negligentiā culture.
Findunꝛ etiā q̄n vapor ē multū grossus
adustꝰ viscosus. ⁊ iō in capitibꝰ gemināꝛ
nō obstāte sua figura gracili ⁊ rotunda.
Capilli truncanꝛ ⁊ asperanꝛ ⁊ ratanꝛ et
findunꝛ. qm̄ colera adurens cursuꝫ nālē
ꝑmutaꝛ. Signa igiꝛ sunt manifesta dete
cta. postq̄ cām cognoscimus iam scimus
quid agendum.

Cura. Quia igitur ista dispō iuueni-
bus lasciuis feda est: ⁊ q2 vlte
riꝰ nocere posset. ideo iniungaꝛ dicta te-
nuis ⁊ infrigidatiua. ⁊ postea digeraꝛ co.
adusta cum frigidis ⁊ humidis. ⁊ postea
euacueꝛ. ⁊ q2 talia sepissime dicta sunt et
etiā dicenꝛ. nō oꝫ in quolibet loco dige-
stiuum humoris ⁊ euacuatiuū ponere.
Ad localia igitur remedia veniamꝰ. In
primis inungantur capilli ⁊ caput. ⁊ pan
nus lineꝰ intinctꝰ per totam noctē capil
lis applicetꝛ. Olea autem sunt ista. oleuꝫ

isaminuz.rof.viol.nenuphar.τ de salici
bus.de coctanis.ð cucurbitis.aqua psil
lij.aqua ordei.aqua cucurbite. ¶ Madefi
ant igitur capilli per totā nocte:τ de ma
ne cū aqua calida abluant. ¶ Si autez ha
buerint caput debile aut de facili incurre
ret reuma τ emigraneā.fiant ista cū cau-
tela. ¶ Ista materia non indiget alia clari-
ficatione:q2 in sinuando clarificata est.ni
si propter contrarietates dissoluendas.
qm̄ cā antecedēs hui9 passionis cal'a est
cōiuncta āt frigida.

¶ Capl'm.iiij.de canicie vel apparatu
vel ornatu capilloꝝ.

Canicies est infectō
alba capilloꝝ ad quādaz ver
gens fuscedinē.

Cause. Intelligendū φ duplex ē ca
nicies quedā naturalis sicut
est in senectute. et quedam innaturalis
sicut in iuuētute. ¶ De innaturali agit hic.
¶ Causa aūt imediata est flegma aquosuz
putrefactum. ¶ Causa aūt remota est oīe
illud qđ debilitat caput τ facit exalare ca
lorem naturalez.nimia ergo cooptura ac
celerat caniciē:τ nimis frequēter lauare
caput.τ passiones stomaci nauseatiue.τ
cōsimilia que in stomaco τ capite aggre
gant flegma.

Signa. Canicies ē manifesta.sz di-
stinctio inter naturalē cani-
ciem τ innaturalē ħ est.qn̄ pili primo sūt
cani in capite τ in radice nigri:tūc est ca-
nicies naturalis morti similis:cū mors i
cipiat ab extremis. ¶ Qn̄ aūt canicies ē in
natural'.tūc pili sunt nigri in capite:τ ca-
ni in radice.

Pronostica. De canicie sunt que
dam signa rememo
ratiua.τ quedā demonstratiua.τ quedaz
pnostica. ¶ Rememoratiua sunt qm̄ aut ē
caput debile naturaliter.aut stom̄.aut fu
it homo mali regiminis.aut fuit genera-
tus in tpe senectutis. ¶ Demōstratiua sunt
q2 caput corrupto flegmate plenuz ha-
bet. ¶ Pronostica sunt qm̄ mors vertici ca
pitis vexillū ppriū applicat.

Cura. In primis vtat exercitio ante
cibū.τ dieta ca.τ diur.τ vitet
oīa que flegma cōsueuerunt generare.τ
vtat fricationibus capitis τ consimilib9
¶ Deinde digerat materia cum oxill'.diur.
τ purgetur cum yerapigra.aut cuz medi
caminibus in quibus intrat ell's. sicut ē
yeraruffi.teodoricon.emperiston.yeralo
godion.τ similia. ¶ Vel vtatur isto medica
mie.℞.aloe.agarici.turbith.an̄.ʒ.ij.pul-
pe coll'.℈.ij.mastic̄.bdellij.ʒʒi.anisi.cina
momi.folioꝝ absinthij.folioꝝ mēte.an̄.
℈.i.cōficiant cū oxill'.squill'.τ fiant pill'e
τ dentur post.vij.dies sue cōfectionis.ʒ.
iij.vel.iiij.vel plus iuxta cōueniētiā pti
culariū.τ est medicamen mirabiliter bo-
num p flegmatis euacuatione.siue fuerit
in pximis siue in remotis.τ est medica-
men vbi nullum potest cadere periculuz
nisi quantitas esset nimia.aut paſ. debi-
lis.aut error nimi9 accideret.aut forte a-
spectus orbis contrarius.quod nō per
tinet ad ppositum declarare. ¶ Suppon-
mus eniz in oībus medicamētis φ mate
ria sit bene digesta:τ meatus apti.τ φ n̄
sit constipatus.τ φ nō sit debilis.τ φ ha
beat oīa vite necessaria cum oībus suis
appendiculis.τ φ medicina sit bene cō-
fecta τ bn̄ repssa.τ φ simplicia sint opti-
ma:τ φ sint bn̄ pporcionata τ fermēta-
ta.τ forte si dator esset talis φ esset sub
planeta beniuolo cōfecta:esset meli9.sed
istud dimitto q2 directe nō cōpetit medi
co. ¶ Tunc dico φ ista medicina nō ē picu-
losa:τ potissime quia non intrat ibi ell'c.
¶ Considera igitur istam medicinam:quia
cum quantitatē sue exhibitionis expert9
fueris in materia flegmatica gaudebis
τ bn̄ tibi erit. ¶ Corpore aūt mundificato
accedam9 ad tincturas:potissime in mu-
lieribus vt placeant viris:τ φ ipsas nō
reputēt vetulas nec antiquas. ¶ Materia
lia autem que capillos tingunt sunt ista
galla contrita et in oleo frixa.nux cipres-
si.cortex nuc̄ exterior que non induratur
stipites fabarum.limatura ferri.agrimo
nia.cortex auellanarum conbustarum.la
certa viridis absq3 capite τ cauda. corti-
ces malorum grana.dul.alumen.es vstū
dragagantum vstum.calx viua. cū sapo
ne saracenico.elesi nucū.acetū.τ similia.
¶ Mod9 āt est iste φ accipiant aliqua ex il
lis cū aqua pluuiali:τ illiniāt capilli.aut

Ad faciendum capillos rubeos ... R. alius ferri rasti ... et fiat ... et ungat ... caput

ꝙ fiat cū oleo nucū: ⁊ ita poterit fieri pasta. aut aqua. aut aliqd̄ aliud. ⁊ inungant capilli ⁊ erunt valde nigri. Attamē summo opere cauēdū est de capite: vt ista sint in plurimū frigida stiptica. ⁊ meli⁹ essꝫ hr̄e modicū ꝺ verecūdia fatua: ꝙ dolorē ppetuum in capite inducere. aut forte postea abint⁹ maiorē caniciē generare. Et notā duꝫ hic ꝙ alcañ ē talis virtutis: ꝙ si distēperet cū oleo nucū denigrabit. ⁊ si cū vino rubeo rubefaciet capillos. ⁊ si cum albo flauos faciet capillos.

De albificandis capillis.

Fiat lixiuiā de cinere trūcoꝝ caulium ⁊ apponat alumē: ⁊ abluatur caput multis vicib⁹. hec eni ablutio rōne aluminis preparat capillos ad recipiendū oēm colorē. tūc in isto lixiuio distemperet cāphora ⁊ erūt albi. Si autē suffumigent cū sulphure idē fiet. qm̄ suffumigatio facta cū sulphure dealbat. ⁊ hoc pꝫ in flore papaueris rubei ⁊ i rosa ru. si cū sulphure suffumiget.

De rubificādis capillis.

In p̄dicto lixiuio apponantur folia buxi ⁊ rasura eius. celidonia. palea ordei. ⁊ auene. lupini. nitꝛ ⁊ farina ciceris.

Ad faciēdū capillos flauos

In p̄dicto lixiuio ponant flores sticados. ⁊ genestre.

Ad auferēdos capillos.

Fiat primo stupha: ⁊ postea emplentur loca cū psillotro facto ꝺ calce viua ⁊ auripigmēto: ⁊ bulliat totū in aqua donec pluma apposita deplumet. ⁊ si esset nimis spissuꝫ addat vr̄. ⁊ postea abluat loc⁹ cū aqua calida. ⁊ si sit diues addat musc⁹.

Si vis vt ēpli⁹ pili nō renascant.

Pilis euulsis inungat locus cum oleo de iusquiamo. aut de mandragora. aut de opio. aut de sanguine pediculi. aut rane viridis. aut vespertilionis.

Si vis capillos subtiliare.

Fiat hoc cū aqua decoctiōis orobi. ⁊ lupinoꝝ. fellis tauri. spuma maris. nitri. coloquintiꝺ. ⁊ aloe.

Si vis eos crispos facere.

Recipe calcis viue. litargiri. emblicoꝝ galle. añ. ʒ. ij. fiat puluis ⁊ temperetur cū succo mirre. inungant capilli ⁊ ligentur.

Si vis facere saponem.

Et quia caput frequent abluitur cū sapone: bonū est ꝙ sciam⁹ facere saponē. In primo faciam⁹ capitellū. Capitellū aūt fit ex duab⁹ ꝑtib⁹ cineris stipitū fabaꝝ: ⁊ tertia calcis viue. ⁊ infundant in aqua admodū lixiuij ⁊ colet. ⁊ ꝙ distillat est capitellū. Sapo aūt saracenicus fit ex duab⁹ ꝑtib⁹ capitelli huius: ⁊ tertia olei oliuaꝝ. Sapo aūt gallicus fit ex duab⁹ ꝑtib⁹ hui⁹ capitelli: ⁊ tertia sepi arietum. Non est igit mirabile ꝙ sapo abstergit ⁊ mūdificat. ⁊ ꝑꝑ hoc fiunt suppositoria de galico sapone.

Clarificatio.

Intelligendū ꝙ canicies nō attestatur supra digestionē: qm̄ talis albedo ē mortificata. ⁊ p̄terea non oīs albedo venit a calido digerēte: sicut apparet in niue ⁊ i vrina alba ⁊ lacte. ⁊ caropos. ⁊ in sputo albo subtili aut albo viscoso in pleuresi. ⁊ patet in viris ⁊ mulierib⁹ i toto corpe qm̄ quāto albiores tāto frigidiores cum albedo sit filia frigiditatis. Canicies igitur nullā digestionē signat: sed corruptiōnem ⁊ mortificationē. vnde canicies ꝓuenit ex calore naturali in cerebro quasi mortificato. cū eīm calor deberet attrahere vnctuosuꝫ sanguinis: ꝑꝑ sui īpotentiā trahit aquosuꝫ flegmatis. ⁊ ita generat albedinē mortificatā in capillis q̄ canicies appellat. ⁊ hoc est ꝙ attestat Auice. 3°. de instorijs aīaliuꝫ. Et licꝫ flegma sit humidū ⁊ capill⁹ ille canus sit generat⁹ ex flegmate. nō tm̄ ꝑꝑ hoc ex humido vapore: sꝫ ex parte sicciori illi⁹ aquositatis cū oīs capill⁹ generet ꝑ viā cuiusdā adustionis. ħ tm̄ nō est tanta adustio ꝙ possit capillus denigrari: qm̄ generat ex flegmate aquoso putrefacto. nō putrefactōne que est ebullicio: sed putrefactione q̄ est corruptio ⁊ destructio. Capilli igitur q̄ generant ex flegmate naturali trahūt ad albedinē. ⁊ qui ex innaturali ad caniciem. ⁊ qui ex mel'ia ad glaucedinē. ⁊ qui ex sanguine ad rubedinē. ⁊ qui ex co. ad citrinitatē. ⁊ qui ex tēperamēto ad ruffedinē. ⁊ qui per adustionē vergūt ad nigredinē. Et iō qꝛ capilli generantur ꝑ viam

adustionis: vtplurimū oēs vergunt ad
nigrediné. vapor enim ex quo generant
vngues nō pōt .ppter grossiciē ita aduri
ꝙ sint nigri. ¶ Licet igiť vngues generent
p viā cuiusdā adustionis: nihilominꝰ sp
naturaliter sunt albi. ¶ Et sicut est de hūo
ribus ita de cōplexionibꝰ ⁊ regionibꝰ ⁊
etatibus qm̄ ista .pporcionātur in colori
bus capilloꝝ. ¶ Licet igitur sanies alba ⁊
ypostasis significēt digestionē. nō tm̄ .p-
pter hoc canicies. nullū igiť bonū natu-
rale significat: licet moraliter significet.
iuxta illud. ¶ Canicies venerāda patꝝ ⁊c̄.
¶ Secūdo notādū qm̄ licet tertia digestio
.p cedat dealbādo: ⁊ capillus sit ex tertia
digestione: cū naturaliter nō est albꝰ sed
magis niger: qm̄ causatur p viā cuiusdā
adustionis. ¶ Tertio intelligendū ꝙ .pprie
proprium inest homini canescere in sene
ctute. solus āt homo hꝫ capillos. ⁊ iō si
canicies inueniať in alijs aīalibꝰ nō ē in
capillis sed in pilis. aut nō est .pprie ca-
nicies sed quedā dealbatio piloꝝ. ¶ Licet
igitur canicies sit appropriata hic tm̄ nō
est solū ex proprietate: sꝫ qꝛ talē proprie
tatē comitatur complexio frīda ⁊ hūida
cū debilitate ṽtutis. ⁊ qꝛ talia sunt semp
in senectute: iō cōsurgit .pprietas q̄ ē sp
canescere i senectute. qꝛ cause caniciei sp
sunt in senectute: licet ſm plus ⁊ minus.

¶ Capl'm. v. de furfuribus capilloꝝ.

FUrfura sunt que
quedā squame in cutis sup-
ficie sine vlceř: capillos euel
lens: ⁊ fedā in capite dispo-
sitionem inducens.

Cause. Causa furfurū sunt vapores
corrupti ab humoribꝰ reso-
luti conuertētia cutē in squamas ⁊ furfu
res. ⁊ est tāta corticabilitas ꝙ pilos edu
cit vbicūqꝫ fuerint. hoc aūt fit ex flegma-
te salso. aut sanguine corrupto. aut colła
adusta. aut mel'ia.

Signa. Signa āt huius passionis
per predicta sunt satis ma-
nifesta.

Pronostica. Caueat patiens si-
bi bene: qꝛ nisi fece-
rit in lepram est venturus.

Cura. Si corpus non est plectoricū
sufficiūt gar garismata. ⁊ stu-
phe. ⁊ fricatiōes. ⁊ vnguēta. ¶ Et si corpꝰ ē
plenū fiat flōia ⁊ farmacia iuxta cōueniē
tiā humoris. ¶ Et si ē simplex fiat simplex
euacuatio. ¶ Et si est humoꝝ corruptio:
medicamina sint cōposita. ¶ Digerať igiť
vnusquisqꝫ iuxta suā naturam. ⁊ postea
euacuetur. ⁊ post stupheť. ⁊ postea detur
opiate. ⁊ ita de alijs. ¶ Et qꝛ de istis humo
ribus frequēter dictū est: nō opꝫ repete-
re. igitur ad localia remedia veniamus.
¶ Materialia autē medicaminū sunt ista.
farina cicerū. farina lupinoꝝ. orobi ⁊ fe-
nugreci. succus blete. folia sisami. mirtus
⁊ malua. furfur. ossa mirabuł. aqua mole
fabroꝝ ⁊ fex eius. stafisagria nitrū. ⁊ oīa
fella. ¶ Ex istis igiť pōt fieri aut aqua. aut
oleum. aut vnguētum. aut emplastrum.
¶ Et possunt confici cum aqua. aut aceto.
aut vino. aut fece olei ātiqui. aut cū oleo
nucū: aut cū cera. ¶ Arbitrio igitur medi-
ci forme introductionē derelinquo: ⁊ nu
merū ⁊ dosem vniuscuiusqꝫ.

Clarificatio. Intelligendū ꝙ du
plex est solutio con-
tinuitatis. quedā magna ⁊ manifesta vbi
apparēt quedā fissure ⁊ rimule. ⁊ tłes ap
parēt in allopicia sine squamis. ¶ Est autē
alia modica solutio continuitatis in qua
caro nō est sepata nec tota cutis etiam a
supficie ad superficiē: sꝫ sunt quedā reso-
lutiones quarū q̄dā sunt ad modū squa-
marū piscium: aut sicut furfur sicut nos
videmus in decrepitis in capite cū scal-
punt se: aut in toto corpe cum sint in sole
aut iuxta ignē ⁊ scalpūtur: exeūt quedam
solutiōes farinose. ⁊ si insufflent volitāt
hinc inde. talis inꝙ solutio cōtinuitatis
modica cū ħ que nō transit cutē: ē tamē
cā euulsionis piloꝝ. ¶ Secūdo notandū
ꝙ resolutiones squamose possunt predi
cere leprā futurā: ⁊ leprā curaturā seu cu
ratā. qn̄ aūt apparēt in principio tūc sūt
signa lepre oculta nō manifesta nō decre-
cta. nō enim sunt differentie cōstitutiue.
sed signa sunt cuiusdā preparationis ⁊ di-
spositionis. qm̄ lepra causať ex hūoribꝰ
corruptis adustis. q̄re si malū regimē vl-
terius ptinueť: poterit eē cā lepre. ⁊ ita p
dicūt leprā. possunt eiꝫ p̄dicerē curatonē

ꝑ aliū tn̄ modū: cū sunt in toto corꝑe pꝰ
corꝑis mūdificationē ⁊ post lōgū vsum
serpētum qm̄ venenū expellit venenū. ⁊
si materia lepre venenosa expellat᷑: signū
est curationis lepre. ¶ Tertio intelligendū
ꝙ furfur ista primo ꝑ se egritudo cutis:
qm̄ quasi eā excoriat reddēdo ipam squa
mosā. ⁊ ꝑcōsequens est passio capilloꝝ
cū cadāt ꝓpt᷑ squamationē cutis. ¶ Quar
to notandū ꝙ licet capilli nō habeāt vir
tutē innatā nec influentē nec influxā sed
solū gn̄ationē. oꝑationē tn̄ habēt finalē
q̄ est vtilitas necessitas ⁊ decor. ¶ Nūc aūt
ita est ꝙ si loq̄mur de furfurositate ꝑ rela
tionē ad capilloꝝ amissionem: sic pōt eē
morbꝰ ⁊ accidēs morbi. qm̄ si per furfur
istā itelligamꝰ qualitatē malā cutis euel
lentis capillos: sic est morbꝰ cū sit q̄litas
mēbri ⁊ ita cōpositionis. ¶ Si aūt ꝑ furfu-
rositatē intelligamꝰ ipam euulsionē iā fa
ctā: sic est accidēs sicut spasmꝰ ⁊ cecitas.
¶ In capillis igit᷑ euulsis actio ē lesa: ⁊ ha
bebāt oꝑationē finalē sicut ē necessitas
vtilitas ⁊ decor ⁊c̄. ¶ Quinto notandū ꝙ
licet acetū sit inimicū neruoꝝ: tn̄ repres-
sum ⁊ cum alijs appositū in his passio-
nibus ⁊ in alijs pōt cōpetere.

¶ Capl'm sextum de pustulis capitis.

Pustule sūt quedā
parua apostema i capite na-
scentia: sicut si essent quedā
ampulle parue aut capita ꝑua vbeꝝ. aut
si aliquis fuisset punctꝰ ab vrticis. aut si
pediculus famellicus alienus momōdis
set eum.

Cause. Humores autē mali abun-
dantes in corpore suntꝰ cau-
sa huius passionis.

¶ Signa. Signa aūt humorū frequē-
ter dicta sunt. ꝓnosticare nō
oportet. ¶ Cura generalis fiat sicut frequē
ter dictū est fm̄ exigentiā hūoris. ꝑticu
laris aūt hec est. s. ꝙ sumant᷑ ista mālia. s.
nux cipssi ⁊ folia eiꝰ. litargir̄. cerusa aca-
cia. galla. ypoq̄stiō. sulphur. ossa mirabl'
galia nux. nitꝝ. cortex maliḡ. oleū ro. ace
tū. cera aqua. vinū. ¶ Fiat igit᷑ cōpositio di
uersa fm̄ diuersitatē ꝑticulariū. ¶ In ista
aūt ꝯpositione tria debemꝰ aduertere. s.

ꝙ in causis cal'is vnguēta frīa ex his fctā
applicemꝰ. ⁊ in frigidis ꝯtrariū. ¶ Secun-
dū ꝙ debemꝰ ꝯsiderare ꝙ in pustulis an
tiquis ponamꝰ acetū. ⁊ in recētibꝰ aquā
¶ Tertiū est ꝙ frigida stiptica narcotica in
ꝑua q̄titate apponamꝰ vt pori nō clau-
dant᷑. ⁊ forte ꝙ mā adintus nō reꝑcutiat᷑
vel fiat istud. ℞. summitates siccꝰ recētes
palmites ⁊ folia. ⁊ cōterantur sicut si es-
sent pultes ⁊ illiniatur caput. ⁊ nō solū
curat istas pustulas: sed etiā verrucas.
¶ Qui aūt gaudet in multitudine cōposi-
tionū: cū isto vnguēto posset addere assū
giā porc̄ antiquā. fecē aceti. fuligiū litar
giri. ⁊ fiat vnguētū: ⁊ cū solo vnguento
posset homo viuere in mundo.

¶ Clarificatio. Quatuor sunt q̄ in
digēt clarificatione
s. quō cerusa pōt ꝯpetere in pustulis ca-
pitis postq̄ est frīda ledēs neruos ⁊ ossa
⁊ ēt fetorē anhelitꝰ est inducēs. ¶ Scd̄m ē
de sulphure postq̄ est ca. in q̄rto attracti
uum ⁊ adustiuū. ¶ Tertiū est de aceto post
q̄ inimicat᷑ neruis ⁊ egritudo ē cronica.
¶ Quartū est quō oleū ro. ⁊ albumē ouoꝝ
cōpetāt i vulneribꝰ postq̄ sunt frīda pu
trefactiua. ¶ Dico ꝙ cōpetūt prima: qꝛ de-
siccatiua mūdificatiua cōsumptiua. ⁊ qꝛ
corpus mūdificatū est. ⁊ qꝛ sunt reꝑssa ⁊
in ꝑua quātitate. ⁊ qꝛ vnū reprimit mali
ciā alteriꝰ. ¶ De cerusa dico ꝙ reprimit ma
liciā sulphuris ⁊ ecōuerso. ⁊ frangit᷑ ma-
licia eiꝰ si puluerizet᷑ ⁊ ponat᷑ in patella
vitreata suꝑ ignē: ⁊ agitet᷑ deinde ablua
tur. ⁊ tūc nullū facit nocumētū. ⁊ iuuamē
ta sunt magna. ¶ De sulphure dico ꝙ pōa
tur in ꝑua q̄titate. ⁊ qꝛ ponit᷑ ab extra in
corpore mūdificato: ⁊ inungit᷑ alijs: ideo
nō nocet. ¶ De aceto dico ꝙ ponat᷑ in ꝑua
quātitate: ⁊ vt penetret vel penetrare fa
ciat virtutē alioꝝ medicaminū. ¶ De alijs
dico ꝙ pn̄t cōpetere: aut qꝛ vlcera sūt de
mā ca. aut qꝛ medicamina nimis cal'a p̄-
cesserūt. aut qꝛ timemꝰ apturā vene. ⁊ cū
h̄ oleū ro. desiccat ratione ro. ⁊ albumē
conglutinat. quare in tali casu bene pos-
sunt competere ⁊ exhiberi. ⁊ si adderet᷑
cerusa pauca non nimis valeret.

¶ Capitulum sextum de fauo.

Anis est lues acu
ta capitis exiẽs sine timore.

Causa. Flegma eniꝫ salsum corruptum aggregaꝭ subtꝰ cutẽ: ⁊ nõ egrediꝭ nec facit tumorẽ de quo sit curãdũ: sed mollificat cutẽ. ⁊ si comprimatur exit virulentia multa cũ pruritu ⁊ quadã irrigatione sicͭ mel ex fauo: cũ sit flegma purtefactuꝫ in cauernis subtꝰ cutẽ. Signa non oportet ponere nec pronosticationem.

Cura. Mundificeꝭ primo corpꝰ ꝫm exigentiã hũoris. ⁊ precedant vl'ia oĩa sicut decet. In ꝑticulari oꝑandũ est sic. radatur caput: ⁊ abluatur: ⁊ abstergatur et sacrificetur ⁊ postea inungatur. Mõalia sunt ista litargiꝭ. cerusa. aloes. agaricꝰ. aristol'. nitrũ. arsenicum. calx. cortices auellanaꝝ. nucũ. castaneaꝝ vstarum. cornu cerui vsti. mirra. cathimia. thꝰ. mastix. stercus colũbinũ. sem̃ ruthe. sinapis fella oleũ lauri. acetũ. oleũ nucũ. ⁊ aqua. Eligatur igiꝭ ex his ꝫꝫ exigentiã hũoris ⁊ etatis ⁊ aliorũ particulariũ. ⁊ põt fieri pul. ⁊ qõ desuꝑ asꝑgatur. vel oleũ vel vnguẽtum. vel linimentũ ⁊ sil'ia. In pueris tñ lactãtibus sufficit litargiꝭ cerusa. fuligo. ⁊ acetũ. ⁊ oleũ nucũ. In aliquibꝰ eniꝫ excrescẽtijs in capitibꝰ lactantiũ non debemus appõere nimis stiptica. sicut galla. ⁊ acatia. nec nimis cal'a. vt calx ⁊ sulphur ⁊ arsenicũ. sed q̃ desiccãt sine violẽtia magna. sicut sunt ea que dicta sunt.

Clarificatio. Intelligendũ est ꝙ flegma facͭ pustulas hũidas saniosas cũ aq̃sitate m'ta: ⁊ cum magno pruritu ⁊ dolore. cũ eniꝫ flegma salsuꝫ causeꝭ ex ꝑtibꝰ calidis adustis mixtis cũ insipidis. iõ licet flegma salsuꝫ sit calidũ ⁊ siccũ. nõ tñ totũ qm̃ multum habet de humiditate sicut aq̃ maris. ⁊ ideo rõne hũiditatis aquose est virulẽtia multa. ⁊ rõne ꝑtium adustaꝝ ẽ calor dolor ⁊ pruritꝰ. Sꝫ in hoc differt a sanguine: qꝛ in sanguine est rubor ⁊ minor pũctura ⁊ minor dolor. ⁊ differt a mel'ia ⁊ col'a: qꝛ ibi est modica aquositas ⁊ virulẽtia rõe sicci dñantis. Nec igiꝭ ẽ ibi tãta siccitas quin hũiditas multa sit cõicans: ⁊ vadit ita negociũ suũ. qm̃ hũiditas ⁊ fritas nõ tẽperãt cal'itatem ⁊ siccitatẽ ꝑtiũ adustarũ: nec ecõuerso. vtrũqꝫ eĩm est corruptũ. Secũdo notandũ ꝙ theodoricon empeniscon. ⁊ medicine ell'ice bñ possunt cõpetere. licet egritudo in se quantũ est ex ꝑte forme nõ sit fortis ⁊ forti egritedini fortis correspõdet medicina. nihilominꝰ cõpetere põt: qꝛ daꝭ in ꝑua quãtitate. et qꝛ mã est grossa viscosa corrupta: facere parata magnũ morbũ. ⁊ nõ esset eradicabilis a quocũqꝫ medicamine nisi esset ibi ell's. aut coloquinꝭ. ⁊ cũ hoc etiam quia est ĩ parte multũ remota. Medicine igitur ell'ice cõpetunt ⁊ in hoc casu cũ temperamento si etas ꝑmiserit. Tertio notãdum est ꝙ mirra ⁊ rose ⁊ sil'ia stiptica bene possunt cõpetere in his passionibus capitis nec oportet timere de ꝯclusione materie. qꝛ corpus mũdificatũ est: ⁊ scarificatio facta est. ⁊ ideo abstergũt ⁊ desiccant ⁊ mundificant. Nullus igitur deinceps ꝑꝑ talia terreaꝭ. nisi stiptica nimis excederent: ⁊ etas essꝫ infantia. Quarto notandũ ꝙ acetũ põt cõpetere ĩ flegmate salso: qm̃ pars adusta destruiꝭ ꝓpter frigiditatẽ: ⁊ pars humida ꝓpter siccitatem: ⁊ qꝛ cum alijs admiscetur. ambulate ergo in luce.

Capitulum octauum de tynea.

Tinea est scabies capitis cũ squamis ⁊ crustis ⁊ piloruꝫ euulsione: ⁊ colore cinericio ⁊ odore fetido: ⁊ aspectu abominabili.

Cause. Causa huius passionis sunt hu. corrupti qui aliq̃n sũt ab vtero aliq̃n post propter malũ regimẽ infantis: aut nutricis: aut viri: aut mulieris tineosi existẽtis. ita ꝙ aliquãdo est cũ sanie ⁊ fauo ⁊ virulentia: ⁊ aliquando sine. imo vtplurimũ ẽ magis sicca ꝙ humida propter vehementem hu. corruptionem ⁊ adustionem.

Signa. Signa huius passionis dicta sunt in descriptione. quoniam quando videmus in capite scabiem spissam crustosam cum squamis multis ⁊ pilorum euulsione: ⁊ bifurcatione: ⁊ colore cinericio sicͭ fra fornacis. ⁊ odore fetidissimo tunc tineam indicabit.

Pronostica.

Tynea aut est recēs aut antiqua. Si recens cū difficultate curaꝛ. Si antiq̄ aut nunq̄ aut cū labore magno ⁊ ī lōgissimo tpe q̄m mala cōplexio venit ad tantā adequationē ꝙ quasi nō recipit curationez ⁊ iō si cureꝛ raro ibi pili nascūtur. ⁊ illa pars semp erit debilior. ⁊ dato ꝙ cureꝛ semp erit opprobriū sempiternum: quia rascati vocantur.

Cura.

In etate lactante ⁊ in etate infantie cū debilib⁹ debem⁹ incedere. rectificetur igiꝛ regimē nutricis ⁊ postea inungaꝛ puer cū isto vnguēto. ℞. litargiꝛ. ceruse. catimie. fuliginis. gallarū antiquaꝝ pforatarū. aā. ʒ. i. cōficiātur cū aceto ⁊ fece olei antiqui ⁊ cere. q. s. ⁊ fiat vnguētum. Vel cū isto. ℞. succi fumi terre. succi scabiose. succi lapacij acuti. succi enulle cāpāe. aā. lib. ſ. litargiri. ʒ. ij. misceantur cum assungia porc̄ antiqua. ⁊ si necesse fuerit ibi oleum nucū ⁊ cera. q. s. apponaꝛ. Ista eiz sunt sine oī piculo q̄libet etate. Si āt sit in maiori etate digeratur mā ⁊ euacueꝛ ſm exigentiā hūoris peccantis siue humor sit calidus siue frigid⁹ deinde stupheꝛ. deinde radaꝛ. deinde inungatur cū vnguentis frigidis ⁊ siccis si cā est ca. sicut sunt teste auellanaꝝ vstarū ⁊ siliium cū additione litargiri ⁊ ceruse ⁊ similiū. Si autē causa fuerit frigida inungatur cū arogon ⁊ marciaton acuatis cū calce ⁊ sulphure. In causa igiꝛ antiqua fiat tale vnguētū. ℞. elli albi ⁊ nigri. sulphuris viui. ⁊ attramenti. auripig. litargiꝛ. calcis viue. vitrioli. alluminis gallaꝝ fuligīs. cinerū clauellataꝝ. aā. ʒ. i. argēti viui extincti viride heris. aā. ʒ. ij. fiat pul. tūc. ℞. succi boꝝ. succ̄ scabiſoe. succi fumi terre. succi lapacij acuti aā. ʒ. iij. bulliāt siꝛ lento igni cū fece olei antiqui. ⁊ cū aceto ⁊ puluis precedēs ī fine decoctionis apponatur. ⁊ addaꝛ piscis liquide. ʒ. ſ. cere q. s. ⁊ fiat vnguētum. Istud vnguētū ꝓculdubio tante virtutis est ꝙ in corpore mūdificato omnē infectionez ꝑ sciētiam hūanam curabilē curat. siue fuerit tinea. siue scabies. malū mortuū. siue morphea siue quodcūq̄ aliud gen⁹ infectiōis. q̄re in honore ⁊ reuerētia habeaꝛ. ſz ī tyneosis cū piceauali pōt fieri ca pell⁹ ⁊ capiti imponaꝛ ⁊ frequēter oīa innoueneꝛ. ⁊ frequēter caput abluatur: aut cū vrina propria: aut cū lixiuio facto de cineribus clauellacis.

Clarificatio.

Intelligendū circa istā māม ꝙ aliq̄ in curatione tinee faciūt flōiam de venis q̄ sunt post aures. ⁊ aliq̄ iponūt medicamina in aurib⁹. ⁊ aliqui querūt gallas virides. ⁊ aliqui dāt carbimiā ꝑ os. ⁊ aliqui dant terrā sigillatā. Breuiter sine disputatione ad oīa ista dico de primo ꝙ flōia nō dz fieri de venis q̄ sunt post aures, q: ibi sunt vene iuueniles ⁊ sterilizarent sed de venis que sunt in pulpis aurīū ē tolerabile post. vij. annos donec sint in etate in qua possit flōia fieri de brachio. vltramarini tn̄ istam minutionē plus cōsueuerūt q̄ nos. De secūdo dico q̄tū occurrit mihi de p̄nti ꝙ nō approbo ꝙ ꝓpter tineā aliquid in auribus stilleꝛ: cuz multi modi alij curationis īueniantur. ⁊ iniecta possent aurib⁹ nocere. De tertio dico sine preiudicio: ꝙ galle antique intantū etiā ꝙ perforentur sunt meliores. q: recētes ⁊ virides nimis coartāt ⁊ constringunt: ⁊ potissime in pueris. De quarto dico q̄tū est de presenti ꝙ in hoc casu mineralia abint⁹ administrenꝛ: nō videꝛ rōnabile: cū talia sint quasi venenosa et leprosa q̄tum est de genere mineraliū. et hoc est manifestū illis qui aliq̄d in alchimia cōsiderant. Ad vltimū dico ꝙ tolerabile est dum tn̄ ponātur in pua q̄titate ⁊ cū alijs misceanꝛ. Secūdo notāduz ꝙ in tinea est magn⁹ fetor. ⁊ causa hui⁹ est q: vtplurimū causaꝛ ex hūorib⁹ cal'is corruptis ⁊ potissime ex sanguine corrupto ⁊ ꝓptāto aliqui vocāt istā passionē carbūculū: q: sicut carbūculus causatur ex sanguie corrupto ita ⁊ ista passio. Alij āt vocant semoti: q: multas ꝑtes capitis semotas ⁊ remotas varias ⁊ diuersas tenet. Aliqui appellāt tineā quasi totū tenēs ⁊ h̄ fit potissime in maiori etate. Et ē intelligendū ēt ꝙ tiniosi qn̄ scalpūt se in principio sentiūt magnā delectationem: q: separaꝛ discōueniēs a cōueniēti. ⁊ postea sentiūt magnū dolorē: ⁊ q: trahūtur humores corrupti pūgitiui: ⁊ ꝓpter solutionē ꝯtinuitatis. Tertio aduertēdū ꝙ aliq̄

dubitant facere flöiam in tinea cōfirmata hoc est i manifesta ꝛ detecta. lꝫ etas ꝛ alia pticularia cōsentiāt. Et mouetur ex hoc ex in variola cōfirmata non cōpetit flöia. Dico ꝙ insufficiēter mouetur: qm̄ i variola cōfirmata vt dictū est in libro pº nō cōpetit flöia: cū corruptio sit magna valde: ꝛ esset timendū ꝙ mā corrupta traheretur ad interiora. Sꝫ in tinea nō est sic: qm̄ licꝫ sit corrupta nō tñ itantū: nec etiā est venenosa sicut in variolis. quare licet in variolis cōfirmatis nō cōpetat flöia. b tñ pōt ꝑpeteꝛ flöia. igiꝛ in tinea cū ꝑueniētia pticulariū nō oꝫ formidare

Cap. ix. de pediculis ꝛ lendibꝰ. ꝛc.

Pediculi lendes et pessolate sunt quedā aīalia p viā putrefactiōis iuxta calorem generata. Qm̄ hūores sunt corrupti in corpe ꝙ nā oīno nō pōt regere nec oīno dimittit. tūc ꝑpellit ad cutē p viā cuiusdā desudatiōis. ꝛ qꝛ mā est grossa cū est iuxta cutē: cū calor agit quodā modo desiccat illā materiam ꝛ gñatur quedam pellicula. includitur igitur in pellicula vapor cum aliquali calore. ꝛ cuꝫ agit in materiam ebulliendo qꝛ trahit ad calorem humidū: iō suscipit speciē vite ꝛ generātur inde aīalia in capite ꝛ in toto corpore ꝛ in assellis ꝛ pectine: sed illa vocanꝛ vulgariter pessolate. Ex parte aūt materie magis humide generātur pediculi. ꝛ ex pte magis sicca generanꝛ lendes. ꝛ ex pte media generātur pessolate q̄ adherēt pectini ꝛ assellis. generātur aūt ex quolibet quatuor humoꝝ. Causa aūt antecedēs pōt esse malicia regimis: sicut est crapula: ꝛ multa comestio ficuū ꝛ castanearū ꝛ aliorū fructuuꝫ: ꝛ malicia culture capitis ꝛ totius corporis. ꝛ tarda mutatio vestimētorum: ꝛ similia.

Signa. Quādo aūt ista aīalia ꝛ potissime pediculi generātur ex sanguine trahūt ad rubedinē: ꝛ qñ ex colera ad citrinitatē. ꝛ qñ ex flegmate ad albedinē. ꝛ qñ ex mel'ia ad nigredinē.

Pronostica. Quādo multiplicātur pediculi potissime ꝑpter cās extrīsecas. signāt morpheam aut leprā: qꝛ calor naturalis est diminutus nō potēs regere materiā vt opꝫ. ꝛ cū hoc calor extraneꝰ incipit ebullire. Si autē venerint ꝑpter cās extrinsecas signāt pauptatē aut ignauiā. paupes eñ ꝛ religiosi q̄ multiplicāt cibaria flegmatica ꝛ mel'ica abūdant in pediculis. similiter hoīes ferales qui de cultu sui corporis modicum curant.

Cura. Curantur aūt pediculi p mutationē vite ꝛ regiminis. vtaꝛ igitur cibis laudabilibꝰ ꝛ purgeꝛ corpꝰ fm exigentiā humoris peccātis. ꝛ vtatur exercitio tēperato. ꝛ vtatur balneis aque salse. ꝛ mutet vestes. ꝛ ornet corpus suū ꝛ filia. Deinde vngaꝛ si corpus ē calide cōplexionis cū isto vnguēto extingatur argentū viuū. ꝛ cum litargiro. ꝛ aceto. ꝛ oleo misceaꝛ. ꝛ inungaꝛ caput ꝛ totū corpus. aut inungaꝛ corrigia ꝛ circūcingaꝛ carni. ꝛ interficiētur oēs pediculi. Si āt esset frigide cōplexionis. fiet mixtura de auripigmēto ꝛ stafisagria. ꝛ oleo amigd. amarū ꝛ aceto. ꝛ inungaꝛ corpꝰ aut corrigia ꝛ carni appliceꝛ. ꝛ hoc est cōgruū religiosis. Stafisagria aūt vocatur herba pedicl'aris. qꝛ a tota specie īterficit pediculos ꝛ in auibꝰ. ꝛ ideo teriꝛ ꝛ puluerisatur ꝛ supra carnes nudas aspergiꝛ ꝛ daꝛ auibus ꝛ occidit pediculos. Si autē volueris bene a corruptionibꝰ purgare: vꝉ bene mūdificare: tūc pulueriseꝛ aloe et aspergaꝛ supra carnes. ꝛ dentur volatilibus viuētibꝰ de rapina: ꝛ summe liberat a malo ꝙ habēt in gorra.

Clarificatio. Mirabile videtur ꝙ pediculi significēt lepram: cū pediculi generētur p viā mūdificatiōis. ꝛ cū hoc qꝛ materia talis est ꝙ suscipit spūm vite. In lepra aūt ē corruptio ꝛ mortificatio. Dico sicut dictū ē ꝙ multitudo pediculorū sunt signa pnia ad leprā. protāto qm̄ sicut lepra generaꝛ ex q̄libet hūore corrupto cū paupie caloris naturalis ꝛ ebullitione extranei caloris. ita ex hu. corruptis vbi incipit fieri ebullitio gñantur pediculi licet nō sit corruptio tāta: qꝛ incōpletū p̄cedit cōpletū. iō pediculi vbi ē corruptio incōpleta p̄cedūt aliqñ leprā vbi ē corruptio cōpleta. nō tñ est necessariū qꝛ signū est remotū: ꝛ pōt multis modis ipediri vt dictuꝫ

est in curatione. ¶ Nō igr̄ veniūt pediculi p viā mūdificationis cōplete: q: spūs vite suscept⁹ ex putredine traxit originez. ¶ Scd̄o intelligēdū q pediculi generant primo a calore naturali mām expellētis ad exteriora: q̄ circa cutez expulsa ppter sui dispositionē putrefit ⁊ corrūpit: ⁊ ita cōcipit calorē extraneū. ⁊ ita mā suscipit spūm vite. sicut in alijs gn̄atis p viā putrefactionis. ¶ Tertio intelligendū q q̄ p sunt sanguini. psunt ⁊ colere. ver̄ ē in alterādo sz nō in euacuādo: ⁊ ita est d̄ flegmate ⁊ melr̄ia. ¶ Quarto intelligendū breuiter ⁊ est v̄bū notabile: q d̄ aliq̄ egritudines aliqn̄ magis manifestant in alijs mēbris q in illis mēbris vn̄ traxerūt originē: sicut pz in egritudinibus stomaci ⁊ matricis ⁊c.

Capitulū decimū de dolore capitis.

Dolor capitis est accidens male complexionis secutiuum.

Cause. ¶ Cause doloris sunt tres. scz mala cōplexio diuersa. solutio cōtinuitatis. aut vtrūq3. ¶ Diuisiones aūt pticulares causaruz doloris capitis sunt. xij. ¶ Dolores capitis quidā sunt a cā intrinseca: quidā ab extrinseca. ⁊ quidaz cū mā. ⁊ q̄dā sine mā. ¶ Et q̄dā est dolor q̄ est morb⁹ p se. ⁊ quidā p accidēs. ⁊ q̄dā est dolor q̄ venit a cā priuata cerebri. ⁊ q̄dā a cā remota. ⁊ q̄dā est dolor abint⁹. ⁊ quidā ab extra. ⁊ q̄dā est qui ptinet totū ⁊ q̄dā q̄ ptē. ⁊ q̄dā est fortis. ⁊ quidā debilis. ⁊ q̄dā q̄ venit subito in tpe sanitatis. ⁊ quidā nō. ⁊ q̄dā ē q̄ significat crisiz ⁊ quidā nō. ⁊ q̄dā ē ad quē sequūtur alij morbi. ⁊ q̄dā nō. ⁊ q̄dā ē recēs. ⁊ q̄dā antiqu⁹. ⁊ quidā ē cū reumate. ⁊ quidā sine reumate. ¶ Modo psequamur. dolorū q̄dā est a cā intrinseca ⁊ q̄dā ab intrinseca ¶ Cause enim extrinsece sunt multe valde sed vt reducant ad numerū possunt esse xiij. ¶ Prima est casus ⁊ pcussio ⁊ obuiatio ⁊ alia hmōi. ¶ Scd̄a cā pōt esse caliditas solis. aut ignis. aut aeris. vt dieruz canicullarū. aut vnguēta ⁊ alia hmōi. ¶ Tertia cā extrīseca pōt eē frītas niuis aut aeris aut aquar̄ aut vnguētor̄ ⁊ hmōi. ¶ Quarta cā est nimia siccitas aeris aut vnguentorū ⁊ similiū. ¶ Quinta ē nimia hūiditas aquarū aut pluuiar̄. aut lacuum. aut vnguentor̄. ⁊ alia hmōi. ¶ Sexta cā doloris capitis extrinseca eē pōt ex sufflatio fortis vētor̄: ⁊ potissime meridionaliū ⁊ septētrionaliū post meridionales. ¶ Septima causa sunt vapores extrinseci eleuati ex reb⁹ fetidis. sicut sūt cadauera. ⁊ assa fetida. ex aromatib⁹ sicut est liliuz aut muscus. aut cum aliquis respicit puteos antiquos. ⁊ cauernas. pfundas mineraliū ⁊ similiū. ¶ Octaua cā est nimi⁹ motus siue aīalis sicut est īpet⁹ ire aut furoris ⁊ similiū. aut corporalis sicut est cursus. labor. coit⁹ supflu⁹. ⁊ alia hmōi. ¶ Noua cā pōt esse nimi⁹ somn⁹ ⁊ pfund⁹: ⁊ īordiat⁹ ⁊ ī tpe nō suo: ⁊ vigilie supflue. ¶ Decia cā balnea supflua ⁊ īordinata sulphurea ⁊ silr̄ia. ¶ Undecia ianicio nimia aut repletō nimia ⁊ crapl'a. ⁊ ebrietas. ⁊ acceptio ciborum fumosor̄. sicut sunt allia. cepe. ⁊ vinū forte. ⁊ fruct⁹ ⁊ silr̄ia. ¶ Duodecima cā pōt esse sonus terribilis sicut ē tonitrui aut magnar̄ rotar̄. ¶ Decimatertia pōt eē nimia capitis cooptura. nō eiz est ita forte caput quin summe ex nimia capitis coopertura debilitet si cōtinuet. ¶ Ista enim extrinseca ⁊ alia eis pportionata psueuerunt dolorē capitis generare. ¶ Si aūt fuerit a cā intrinseca hoc est q: sanguis dn̄atur. aut col'a. aut flegma. aut melr̄ia. aut vētositas. aut hūida simplicia aut cōposita. aut vermes qui possunt interi⁹ in capite gn̄ari. sicut dicit Auic. auctoritate in dorū. licet sit de raro cōtingentib⁹. ¶ Secunda diuisio principalis est ista. dolor̄ q̄dā est cū mā. ⁊ quidā sine mā. ¶ Sine mā aut est ex mala cōplexione tm̄. aut hūida aut sicca. simplicib⁹ aut cōpositis. ¶ Si cū mā qn̄ peccat sanguis. aut col'a. aut flegma. aut melr̄ia. aut vētositas. aut aquositas. simplicib⁹ aut pposititis. ¶ Tertia diuisio principalis. ¶ Dolor quidā est morbus p se. ⁊ quidā p accidēs. ¶ Per se appellat morbus qn̄ aliquis notabilis morb⁹ nō precessit: licet sm̄ veritatē pcesserit mala cōplexio diuersa: aut solutio continuitatis. ⁊ ideo est ista denominatio vulgaris non realis. ¶ Morbus autē p accidēs appellatur qn̄ dolor capitis sequitur se. aut apostemata aut alios morbos. ¶ Quarta

diuisio principalis q̃dã dolor est q̃ venit
a cã priuata cerebri. ꝛ quidã a cã remota
¶ A cã priuata appellať qñ cã immediata
ꝛ antecedẽs est in cerebro nõ aliũde eue
niẽs. ¶ Cã rẽota qñ vapores ꝛ fumi ascen
dunt a stomaco vel ab epate vľ a splene
vel a matrice: ꝛ ita de alijs. ¶ Quinta diui
sio principalis est qm̃ quidã ẽ dolor ab
intus ꝛ quidã ab extra. ꝛ dolor ab intus
appellatur qñ est int⁹ subtus craneũ si-
cut est in panniculis aut alijs partibus :
ꝓpter opilationẽ factam in venis ꝛ arte
rijs. quãdo san. ꝛ co. opilãt ratione mul-
titudinis. ꝛ flegma ꝛ melľa ratione gros
siciei. viscositas aũt flegmati attribuitur
ꝛ solũ ab extra: aut est qñ est in ꝑtib⁹ co-
operientib⁹ craneũ ꝛ locis vicinis exte-
rioribus. ¶ Sexta diuisio principalis est
ista. ¶ Dolorũ quidã est qui cõtinet totum
ꝛ quidã qui parum. ¶ Quãdo dolor com
prehendit totum appellať cephalea aut
ouũ. ¶ Et quãdo est in parte aut est imme-
diate aut non. ¶ Si est in mediate appel-
latur emigranea. ¶ Si in aliqua parte ap-
pellatur clauus. ꝛ tũc vulgares dicunt ꝙ
fasinati sunt: qm̃ videť eis ꝙ cũ clauib⁹
ꝛ acub⁹ pungant. ¶ Septima diuisio fu
it talis. quidã dolor est fortis. ꝛ quidam
debilis. debilis sicut in litargia. fortis est
aliquãdo intantuz ꝙ si veniat in pueris
frangit craneũ sicut dicit Auic. ¶ Si in vi-
ris inducit spasmũ. ¶ Octaua diuisio fuit
talis. quidam est dolor qui venit subito
ꝛ repẽte in tẽpore sanitatis nľľo morbo
p̃cedẽte ꝛ hoc est ꝓpter multitudinẽ ma-
terie aut vẽtositatis ꝛ similiũ. ¶ Si autem
veniat paulatine: hoc est ꝓpter paucita
tẽ discrasie. ¶ Nona diuisio. quidã est qui
signat crisim. ꝛ quidã nõ. ¶ Si enim in die
cretico venit dolor in capite cum rubore
fauci ꝛ aperitionib⁹ lampadũ crisim per
fluxuz sanguinis nariũ significat. ꝛ si ve
niat cũ titillatione labij inferioris ꝛ do
lore precordioꝝ: crisim ꝑ vomitum signi
ficat. ¶ Decima diuisio. quidã est dolor ad
quẽ secuntur alij morbi. ꝛ quidam non.
¶ Ista diuisio posset contineri sub forti et
debili. quoniam aliquando dolor est ita
fortis ꝙ ad eam sequitur fe. alienatio. vi
gilie. spasm⁹. apostema. ꝛ ita de alijs. ¶ Ali
quãdo aũt nullũ istoꝝ sequiť. ꝛ hoc ẽ qñ
est debilis ꝛ corpus nõ est apparatum.
¶ Undecima diuisio. ¶ Dolorum quidã ẽ re
cens. ꝛ quidã antiquus. ¶ Et appellať re-
cens quãdo modicũ tempus p̃terijt. ¶ An
tiquus aũt qñ multa tꝑa precesserũt qui
aliquãdo est ita fortis ꝛ maliciosus ꝙ do
lor galeatus appellať: ꝛ ita fortis ꝛ toti
habituat⁹ ꝙ patiens nõ põt tolerare ma
gnã claritatẽ nec alterã vocẽ. ¶ Iste autez
dolor antiquus fortis galeatus venit ꝓ-
pter quasdã dispositiones intrinsecas: ꝛ
ꝓpter quasdã extrinsecas. ¶ Dispositiões
intrinsece sunt due. fortis ꝛ intensus sen
Cura. In principio sue apparitōis ꝓpter timorē apostematis fiat flōia ꝺ cephalica. ⁊ iniungatur tenuis dieta ⁊ agiteť albumē oui cū aqua ro. ⁊ sanguine draconis. ⁊ instilletur oculis. ⁊ si coniūctiua est rupta: ponať ibi sal masticatū cū cimino. deinde cōtra illā maculam lac mulieris calidū freq̄ter instilleť oculis. deinde si non cureť: infundať sanguis columbin⁹ calidus de sub ala extractus. ⁊ si ex his nō cureť instilleť aqua raphani distillata. ⁊ si est antiquū ⁊ q̄si mortificatū. tunc suffumigeť cū aqua decoctionis ysopi. ordei. calamēti. ⁊ deinde instilletur stercus colūbinum distillatū i aceto albo ⁊ vino albo: ⁊ coleť. Et si ex his nō cureť: ponatur aq̄ dissolutionis nitri. ⁊ salis armoniaci. ⁊ si ex his nō curareť: fiat tale collīriū ⁊ oculis imponať. ℞. vitrioli. salis armōiaci. sarcocolle. aloe. pipis. thuris. eris vsti. corralli. margaritaꝝ. dragaganti. gūmi arabič. ceruse. amidi. sanguis dra. añ. ℈. 1. pulueriȝantur sicut decet collīria: ⁊ cū sanguine colūbi informētur trocisci parui: ⁊ desiccenť. ⁊ cū vti volueris dissoluať vn⁹ in lacte mulieris. ⁊ oculis instilletur.

De panno.

Iste est quart⁹ morb⁹ q̄ accidit cōiunctiue. q̄n enim corpus ē repletū ⁊ potissime caput. tc̄ replenť vene q̄ sunt in cōiunctiua: ⁊ texunť ad inuicē ⁊ ꝯstituūt q̄dā pānicul₃ ad modū fumi ⁊ cooperit cōiunctiuā: aliq̄n corneā. ⁊ est freq̄ter cū pruritu ⁊ lacrimis ⁊ rubore ⁊ h₃ visum caliginarē.

Cura. In primis fiat flōia ꝺ vtraq̄ cephalica. ⁊ deinde si idiguerit de venis que sunt in fronte ⁊ timporib⁹ ⁊ deinde de venis q̄ sunt in vtrisq̄ angulis oculoꝝ. ⁊ deīde purgeť cū yerapig̃. Vtať dieta subtili. ⁊ vitet oīa fumosa. de

inde in principio vtaᷓ isto collᷓio repcussiuo. ℞.acacie ablute.gumi arabi.eris vsti ꝛ misceanᷓ cū aqua pluuiali:ꝛ fiat collᷓiū.

Cū aūt ꝓlongaᷓ morbꝰ:corpe bñ mūdificato vtaᷓ isto collᷓio. ℞.testas ouaꝝ recenter pistoꝝ:ꝛ tēperenᷓ in aceto fortissimo ꝑ nouē dies.deinde desiccenᷓ in vmbra:ꝛ postea pulueriȝenᷓ.deinde.℞.sarcocolle nutrite.aloe.ȝinȝibē.gumi arabi.ꝛ equali portiōe cū puluere coloquītide misceanᷓ cū aqua eufrasie vere distillate ꝛ fiat collᷓiuȝ.ꝛ pōt vti istis ꝑ modū pulueris:aut ꝙ sit liquidū:aut spissum cum additione assungie porcine.aut ꝙ īformētur trocisci.ꝛ cū vti volueris ꝙ distēperētur cuȝ lacteulieꝝ:ꝛ cū succo celidonie

Et ita diuersimode possumꝰ operari in passionibꝰ oculoꝝ iuxta cōueniētiā particulariū. Si autē ex his nō cureᷓ recurramꝰ ad cirurgicū litteratū ꝛ expertū. et tūc eleueᷓ pāniculus cū vncino vel vncinis:sicut dictuȝ est in vngue.ꝛ discarneᷓ cū capite pēne subtili:ꝛ scindaᷓ cū capite forpicis.ꝛ imponaᷓ sal ꝛ ciminū masticatum.ꝛ vitellū oui cum oleo ponaᷓ supra pannū:ꝛ deinde supra oculum vt ligeᷓ.ꝛ moueaᷓ oculus ne incarneᷓ.ꝛ in crastinū abluaᷓ cū aqua ca.vbi sint rose ꝛc.

De puluere cadēte in cōiūctiua.

Ista est quinta passio cōiunctiue seu totiꝰ oculi.cū cecidit in oculo puluis seu festuca ꝛ silᷓia.ꝙ abluatur oculꝰ cū aqua dulci.ꝛ ꝙ ꝓiciaᷓ lac mulieris ab vbere.ꝛ si adhereat ꝛ oculteᷓ remoueaᷓ cū corrigia gracili.aut cū tenaculis paruis.

De tumore cōiunctiue.

Sexta passio cōiūctiue. In cōiunctiua aūt accidit tumor ex ventositate ꝛ aquositate:ꝛ ex flegmate aquoso:ꝛ melᷓia.

Cura. Curatio taliū est dieta subtilis.purgare caput cuȝ yerapiḡ.et balneū.ꝛ fomētatio oculoꝝ cū aqua calida frequenᷓ:vbi sit camomilla.mellilotū absinthiū.ꝛ anisuȝ.ꝛ vtaᷓ isto collᷓio. ℞.eris vsti.℈.ij.margaritarum.corallᷓ.spica nar.musci.añ.℈.i.sang.drac.℈.ß.incorporenᷓ cū aq̄ ro.ꝛ fiat collᷓium.

De duricie in ꝯiūctiua.

Septima passio ꝯiūctiue ē duricies:ita ꝙ oculꝰ nō p̄t bene claudi nec aperiri. Et curatio huiꝰ cōsistit in mollificantibꝰ ꝛ dissoluētibꝰ.corpe mūdificato:bulliant igiᷓ in aq̄ malua.bismal.palee ordei ꝛ auene.ꝛ spongia intingaᷓ ꝛ oculo applicéᷓ.fiat igiᷓ frequēs fomētatio cū ista aqua ca.ꝛ emplastretur oculꝰ cum vitello oui ꝛ oleo.exiccentur lacrime cum aqua agreste.

De prurítu in cōiunctiua.

Ista est octaua passio ꝯiūctiue.ꝛ causaᷓ ex hūoribus acutis salsis viscosis. Purgeᷓ igiᷓ corpus ab hu.deinde balneeᷓ in stuphis.deinde fomenteᷓ oculꝰ cū aqua calida frequenᷓ.deinde abluaᷓ cū aqua feniclᷓi:celidōie, verbene ꝛ eufrasie.

De quibusdā apostematibꝰ paruis nascentibus in ꝯiunctiua.

Nona passio ꝯiunctiue. In cōiūctiua apparēt aliqñ apostemata parua granulosa ad modū miliȷ.aliqñ maiora aliqñ minora.aliqñ alba.aliqñ rubea.purgeᷓ corpꝰ ꝑm exigētiam hūoris. Et si est cā calida fiat collᷓium de cerusa albumīe ouoꝝ. Et si ē cā frida aspgaᷓ locꝰ puluere margaritaꝝ.corallᷓ.ꝛ testarum ouoꝝ.

De vlcere ꝛ sanie in ꝯiūctiua.

Decima passio ꝯiunctiue est vlcꝰ ꝙ aliqñ ē saniosum.purgeᷓ corpus cu flōia ꝛ farmacia.ꝛ subtili dieta.deinde vtaᷓ tali collᷓio. ℞.cathimie auri.eris vste.ceruse ablute.plumbi vsti.dragagāti.gumi arabiē.añ.℈.ij.aloe.mirre mundē.olibani.sarcocollᷓ nutrite. opij.añ.℈.ß.cōficianᷓ cū aqua ro.optima ꝛ fiat collᷓium.

De diminutōe carnis in ꝯiūctiua ꝛ eius excrescētia.

Vndecima passio ꝯiūctiue ē excrescētia carnis aut diminutio eius. Si caro augmētaᷓ in ꝯiūctiua ñ est ꝯsiliū corpe mūdificato:nisi ꝙ ꝑ doctū cirurgicū extirpeᷓ.sicut dictū ē caplᷓo de vngue.ꝛ caplᷓo de pāniculo i ꝯiūctiua. Si autē caro sit diminuta ꝛ ablata ꝑ idoctuȝ cirurgicū.sicut in curatiōe vnguis:ꝛ pāniculi:ꝛ carnis addite:ꝛ cancri.ꝛ fistule.tūc nō est curatio.qꝛ ꝙ remotū radicale est:ꝛ nō recipit curationē. Quare i cu-

ratione taliũ magna cautela ē adhibēda. Si aũt fuerit diminuta aliter. fiat tale collirũ. ℞. aloe. olibani. aã. ℈. i. sang. draco. sumac. aã. ℈. ʒ. fiat collirium cũ aqua rosa. vbi gumi arabi. sit infusum.

De fistula in lacrimali.

Duodecima passio coniunctiue ē fistula nata in lacrimali. Intelligēdum q̄ apostema mollia generātur aliq̃n in lacrimali oculi versus nasuȝ ⁊ vt plurimũ terminaṫ in fistulã. In primis igiṫ diligētissime mundifice corp᷒. deinde fometeṫ loc᷒ cũ spongia infusa in aq̃ decoctiōis gallaꝝ. sumac. ⁊ modico mell'. Deinde cũ aqua decoctiōis maliḡ. ⁊ foliorũ ruthe. deinde fiat tale collirũ. ℞. viride eris. atramēti. salis armoniaci. vitoli. calcis viue. auripigmēti. cantaridaꝝ. aluminis. aã. ʒ. ʒ. fiat puluis: ⁊ pul' ponaṫ in paruissima quãtitate. vel misceanṫ cum vrina pueri ⁊ fece olei antiq̃. ⁊ fiat vngm̃. ⁊ tenta intingaṫ ⁊ fistule applicet. Deinde fiat vngm̃ post mortificationē fistule: ex aloe ⁊ olibano: ⁊ sarcocolla nutrita. et sumac. ⁊ cortic̄ maloꝝ ḡra. ad carnis regenerationē. deinde sumaṫ talis potio. ℞. folioꝝ agrimonie. folioꝝ oliue. cquasseṫ ⁊ tēperētur in vino al. ⁊ accipiatur vinum: ⁊ procul dubio si corp᷒ ē mũdificatuȝ ⁊ patiēs est boni regiminis. ista potatio curat oēȝ fistulã vbicũq̧ fuerit. Itē colligaṫ agrimonia cũ oratione dñica: ⁊ porteṫ ad collũ: ⁊ curat fistulã vt plurimũ. Si autē ex his nō cureṫ: ad manũ cirurgicã finaliter recurram᷒. Cauterizeṫ igiṫ loc᷒: ⁊ fiant alia p̱ ordinē sicut decet. De ista autē materia fuim᷒ locuti libº. priº. Addam᷒ igitur istud cũ illo: ⁊ aliqua veritatis scintilula resultabit.

De lacrimis currentib᷒.

Tertiadecima passio coniunctiue sũt lacrime currētes ad cannã oculi. Lacrime proueniũt a causis primitiuis extrinsecis. sicut casus. percussio. calor. frigus. febres. ⁊ accidētia anime. istis aũt remotis lacrimaꝝ fit remotio. Veniunt ēt aliq̃n p̱p̱ euulsionē carnis que ē in lacrimali: p̱p̱ indoctũ cirurgicũ: ⁊ nō recipit curationē. tamē si videaṫ via interesse fiat collirium de aloe. ⁊ sarcocolla nutrita ⁊ sumac. Aliq̃n veniunt lacrime p̱p̱ oculi debilitatē nãleȝ. q̄ pȝ q: mollis. humid᷒ subalbid᷒: ⁊ nō recipit curationē. Tñ si videaṫ tibi apponaṫ olibanũ cũ p̄dicto collirio: ⁊ vtaṫ eo. Aliq̃n veniũt lacrime p̱p̱ fluxuȝ humoꝝ a parte intrinseca cerebri cuius signũ est q: veniũt continue ⁊ cũ sternutatione. ⁊ iste lacrime possunt curari: sed cũ difficultate magna valde. Cōforteṫ igiṫ cerebrũ cum ambra ⁊ storace calamita si cã est frigida. ⁊ si calida. cũ camphora ⁊ rosis. ⁊ purgeṫ cũ yerapiḡ in cã frigida. ⁊ in calida cũ elẽio de succo ro. et postea in collo apponanṫ ventose. deinde setones. ⁊ vitet repletionē. ⁊ somnum diuturnuȝ. Et odoret cerebrũ cōfortãtia iuxta conuenientiã particulariũ. Si aũt venerint p̱p̱ causas extrinsecas: cōfortet cerebrũ ⁊ ponanṫ stiptica supra frontem ⁊ timpora iuxta cōuenientiã particularium. d̄ sanguine dra. ⁊ acacia. mirra. olibano. ⁊ albumine ouorũ: ⁊ similibus. iuxta cōuenientiã cause. fiant fricatiōes fortes in vertice capitis. Et si aliã viã nō habem᷒ scindantur arterie que sunt in timporibus. deinde cōfortetur oculus si causa ē calida tali collirio. ℞. rosarũ margaritaꝝ perforataꝝ: ⁊ nō p̱forataꝝ. ossium mirabil'. coralli albi: ⁊ rubei. camphore. aã. ℈. ij. san. dra. sumac. cortic̄ maloꝝ ḡ. opij. libani. aã. grana. vi. cōficiantur cũ aqua infusionis dragagãti. ⁊ gumi arabi. ⁊ fiat collirũ. Si aũt causa fuerit frigida: tunc vtatur isto collirio. ℞. tucie p̄parate sic̄ d̄ cȝ. sarcocolle nutrite. olibãi. aloe. mastic̄. storac̄ calãite. ãbre. aã. ℈. i. rosaꝝ. sumac. sanguis dra. aã. grana. vi. cōficianṫ cum mucillagine dragagãti. ⁊ gumi arabi. ⁊ fiat collirũ. Si ãt cã eēt cōposita cōponãṫ medicamĩa iuxta industriã medici.

Clarificatio. Intelligendũ circa istã materiã q̄ Gal. videṫ cōtrari᷒ sibijpsi q̃rta p̱ticula de morbo versus principiũ ad quatuor colũnas dicit si in coniunctiua fuerit apostema d̄ sanguine: visui accidētaliṫ nocebit. ⁊ statim sequitur litera. Si aũt obtalmiã patiatur vel vngulã p̱ se faciet visui obscuritatem. p̱ amorē nōne obtalmia fit de sãguine aliq̃n. igitur tũc apostema de sanguīe visui nocebit. ⁊ quid ē igr̄ dictu q̄ apostema sanguineũ nocebit visui p̱ accidēs. et

obtalmia per se: cū obtalmia ꝑ se sit apostema de sanguine vtplurimū. quid sit dicendū ad h̄: ego nō video nisi sub quodā nubilo si litera ē vera sic iacet. ¶ Dicamus igitur sic ꝙ̄tum est de p̄senti ꝙ humor cristallinꝰ ē in oculo ꝑ se: ꝛ alia sunt ꝑꝑ iuuamēta. ¶ Si igitur oīa que sunt in oculo patiantur ꝛ visus nō ledat̄: nō erit morbus sed cā morbi ꝫm Gal. ī primo de morbo ¶ Nūc aūt apostema sanguineū ꝑ se ē morbus ꝯiunctiue: cū in ꝯiūctiua sint multe vene. ꝛ ita pōt ibi causari apostema ꝺ sāguine. ¶ Nūc autē h̄ est nocumētū partis ꝛ nō totiꝰ. iō apostema sanguineū nō erit ꝑ se morbꝰ oculi. tn̄ non de necessitate ledet visuꝫ. lꝫ igit̄ sit morbꝰ cōiunctiue per se: nō tn̄ ꝑꝑ hoc est morbꝰ totiꝰ per se: cū per se nō ledatur opatio totiꝰ inquātum h̄mōi. ¶ Nūc aūt obtalmia ꝙ̄tū est de virtute vocabuli nō dicit̄ tantuꝫ ꝛ ꝑprie apostema oculi nec cōiunctiue: nisi cū hoc patiat̄ pupilla. ꝛ si patit̄ pupilla ꝛ visus: et ita opatio totiꝰ oculi. ꝛ ita obtalmia poterit eē morbꝰ totius oculi ꝑ se. ꝛ pro tāto ¶ Auic. ī tertio postꝙ̄ dixit ꝙ obtalmia vera est apostema in ꝯiūctiua post. xij. lineas. dixit ꝙ obtalmia vera ē apostema in pupilla sequens coniunctiuaꝫ. ꝛ ita videtur sonare ꝙ obtalmia de virtute vocabuli nō est apostema tm̄ cōiunctiue: sꝫ etiaꝫ pupille. ꝛ qꝛ nocumentuꝫ pupille īmediate nocet visui. iō obtalmia potest per se vel sui nocere. ¶ Intelligendū ꝙ quoquomō se habeat negocium ꝑpter ista verba nō mutat̄ causa nec signū nec opatio. ꝛ ideo videt̄ mihi ꝙ disputatio sit de nomibus quare ꝛc. ¶ Secūdo intelligendū ꝙ obtalmia frequentiꝰ venit in vere ꝙ̄ in alijs temporibus. ꝛ si sic frequentiꝰ venit de sanguine. ꝛ si venit in estate frequētiꝰ de colera. ꝛ si in autūno frequētiꝰ de melencolia. ꝛ si in hieme frequentiꝰ de flegmate. ¶ Tertio intelligendū ꝙ in obtalmia corpore pleno debet fieri flōia de cephalica partis opposite. ꝛ postea de eadeꝫ si indiguerit. postea debēt poni repercussiua corpore mundificato. ꝛ egritudine in principio existente. ¶ Nunc autē cognoscitur obtalmia in principio esse cum apparet tumor. ꝛ quod expellitur est subtile. et cū lippa incipit ingrossari est augmentū ꝛ cum lippa est digesta est status. ꝛ cum diminuitur est declinatio. ¶ Quarto intelligendum ꝙ fenugrecum directe competit in obtalmia flegmatica et ventosa. quia resoluit ꝛ digerit. ¶ Sed si materia ē calida: posset ꝯpetere cū administratōne frigidoꝝ: sicut si esset dragagantuꝫ ꝛ mucillago psillij ad maturandū in fine augmenti ꝛ in principio status: licet sit calidē cōplexionis. ¶ Quinto intelligendū de exhibitione aque in obtalmia quoniam administratur intus aut extra. ¶ Si intra ꝛ tempꝰ est frigidū ꝛ materia frigida: dꝫ calida admīstrari vt digerat ꝛ euaporet. ¶ Si extra vt oculuꝫ fomētando: tūc sꝑ calida dꝫ admīstrari. nisi vehementia doloris impediret. ¶ Sexto notandū qm̄ lꝫ sanguis fluēs ad cutem non inficiat eaꝫ. nec remaneat infectio. in cōiunctiua tam̄ adueniens remanet infectio quia propt̄ sui tenuitatem penetrat. ꝛ ideo in principio aliquando apparet ad modum puncti. aliquando ad modum macule. ꝛ ideo recte in principio non comperet sanguis columbe. quia tunc ratione sue caliditatis magis faceret fluere sanguinem: sed postꝙ̄ constrictiua ꝛ restrictiua precesserunt. ¶ Septimo ꝛ vltimo notandū est h̄ ꝙ causa antecedēs lacrimaꝝ aliqn̄ potest ꝑuenire a stomaco ꝛ toto corꝑe. sꝫ cā cōiuncta ꝑcedit a capite.

¶ Caplm̄. iij. de passionibꝰ cornee.

Tunica cornea ē illa tunica que apparet discooperta in oculo: que ē alba clara ad modū cornu lucidi ꝛ ē supra pupillam: ꝛ patit̄ egritudines multas ꝫm gal. 4°. de morbo. ¶ Morbi igitur sunt sicut vlcus ꝛ plaga. vesica seu variola. ruptura. albugo seu tela. pannus seu macula. cicatrix. mutatio coloris. grossicies. ꝛ siƚia. sic videbimꝰ ꝑticulariter in ꝑcessu. ꝛ sunt passiones. viij.

¶ De vlceribus cornee.

Tunica cornea ē tunica corticabil̄ cōp̄hēdēs ī se q̄tuor tunicas. Nūc āt aliqn̄ vlcerant̄ iste tunice. ꝛ hoc ꝑꝑ hu. ca. ꝛ diuersificantur vlcera vt̄ plage ꝫm di-

Ad oēs pressiorꝫ ordorꝫ ut essent ... ℞ medulla pomi ... [illegible]
& pone supra ... in petia ... petiaꝫ pone stupaꝫ canabis. A. pe.

uersitatē situs dextri vel sinistri. superfici ⁊ ꝓfundi. ⁊ ſm diuersitatez cause. ⁊ ita sunt multe spēs: oēs tñ ꝯueniūt in curatione. ⁊ ideo de distinctiōe spēꝝ nō curo. In primis ponat̄ ī loco obscuro. ⁊ sit qe tus ⁊ tacit⁹. ⁊ dieta sit subtil̄. ⁊ nō iaceat supra partez oculi lesam. ⁊ fiant fere oīa sicut in obtalmia. Fiat igit̄ flōia ⁊ purgetur corp⁹ cū mirabul̄ citri. ⁊ viol̄. Corpe aūt sufficient̄ mundificato vtatur in p̄is isto coll̄io. ℞. ceruse ablute. ℈. ij. dragāti. gumi arabic̄. añ. ℈. iij. opij. ℈. ß. fiat collirium cū albumine ouoꝝ. postq̄ autē vsus fuerit isto coll̄io ꝓiciat̄ in oculo lac mulieris. Si aūt clauderetur vlc⁹ aperiatur ꝓpter saniē cū aqua decoctionis fenicl̄i. ⁊ corone regie. deinde ꝓiciat̄ lac ī oculo deinde vtat̄ isto collirio. s. q̄ p̄dicto collirio addantur ista tria. s. tucia p̄pata. ⁊ catimia abluta. ⁊ ere vsto ⁊ abluto. Et si volueris carnē regenerare: istis oīb⁹ vltimis addam⁹ illa tria. s. aloe. sarcocoll̄ nutritaꝫ ⁊ olibanū. Nūc aūt in oī plaga seu vlcer̄ ē magn⁹ dolor. q̄re oꝫ q̄ corp⁹ sit bñ mūdificatū: ⁊ q̄ collīria nō sint mortificatīa ⁊ abluat̄ ocul⁹ cotidie bis cum aq̄ calida pluuiali vbi sit zucc̄ ⁊ mel.

De vesica in cornea.

Secūda passio cornee ē vesica. et diuersificat̄ in colore ⁊ dolore et leuitate ⁊ malicia ſm q̄ aquositas est agregata inter cortices exteriores cornee: aut interiores: aut medios. ⁊ ſm diuersitatē hūoris peccātis rōne sue qualitatis aut q̄ntitatis: aut vtriusq̃. Nūc autē vesice seu variole ī pricipio sunt sicut pūctus vergens ad rubeū. sꝫ vlcera magis vergunt ad albū. Curat̄ cū flōia ⁊ farmacia. ⁊ collirio dicto in capl̄o p̄cedēti de vlceribus cornee. vel fiat tale coll̄iuz. ℞. tucie p̄parate sicut decet. climie lote. antimonij abluti. scorrie eris ablute. ceruse ablute. añ. ℈. i. opij grana. vi. cōficiant̄ cū mucillagine fenugrec̄. Intelligem⁹ autez tuciaz p̄pataz. s. q̄ igniat̄ decies: ⁊ in q̄libet vice extinguat̄ quinq̃ vicib⁹ in vrina pueri virginis: quinq̃ in aqua ro. ⁊ q̄ p⁹ ea pulueriźet̄ in vltimo. ⁊ deīde q̄ tēperetur in succo maiorane. ⁊ deinde remoueatur succ⁹ ⁊ tucia desiccet̄ ī vmbra.

De ruptura cornee.

Tertia passio cornee est ruptura ⁊ apparet aliquādo ad modū capitis formice: ⁊ aliquādo ad modum capitis vue. aliquādo ad modū claui. Rūpitur aliqñ ꝑ causas extrinsecas sicut est casus ⁊ ꝑcussio. aliquando ꝓpt̄ causas extrinsecas: sicut est humor acut⁹ aut apostema. Et diuersificant̄ spēs rupture ſm diuersitatē causaꝝ. ita etiā q̄ aliquādo exit vuea extra cum magna difformitate. species curabiles in principio curant̄ sicut ea que dicta sunt in capl̄o de vlcerib⁹. ⁊ capl̄o de vesicis. In primis igitur mundificet̄ corp⁹ cū flōia ⁊ farmacia deīde ponant̄ repercussiua. ⁊ fiat emplastrū de citonijs ⁊ acacia. sanguine drac̄. ⁊ bolo armenico. ⁊ ligetur ocul⁹. ⁊ iaceat resupinus. ⁊ fomētetur cū aqua decoctōis roſ. plātaginis. bursepastoris. ⁊ possꝫ vti tali coll̄io post ista. ℞. antimonij vsti ⁊ abluti. ceruse vste ⁊ ablute. climie ablute ⁊ aduste. añ. ℈. ij. spicanar. aloe. tucie nutrite. sarcocolle nutrite. añ. grana. vi. cōficiantur cū mucillagine dragāti ⁊ gumi arabic̄. ⁊ fiat coll̄iū. In eminentia autem eoꝝ nō ꝯsulo q̄ abscindantur q꞉ timēdū est q̄ tot⁹ ocul⁹ liquefiat.

De cancro ⁊ cornea.

Quarta passio cornee est cancer. Cancer autem aliqñ causatur in cornea ex co. adusta ⁊ inducit vlcus. corrosionem. ⁊ cauernam. dolorē capitis. vigilias. ⁊ casuꝫ appetitus. ⁊ si nō curetur a principio: postea non recipit curationez. Aliquando autem causantur a melencolia. et est dolor remissus cum duricie. In primis igitur fiat flebotomia et si est de colera adusta purgetur cuꝫ oxi laxatiuo. ⁊ electuario de succo rosato. et yeraruffi. Si autem est ex melencolia purgetur cum dyasene. et yeraruffi. Cancer autem de colera mitigetur in primis cum isto collirio. ℞. ceruse ablute. amidi. añ. ℈. i. opij. ℈. ß. conficiantur cum albumine ouorum ⁊ mucillagine facta de draganto in aqua rosata. vel apponatur emplastrum factum ex vitello oui ⁊ oleo rosato: et lacte mulieris. vel fiat istud ꝑ modum collirij. Cum autem nō est ibi dolor horribil̄: vtatur tali coll̄io. ℞. tucie preparate. amidi. memite. coralli al. ⁊ ru. tēre

ſigillate.margaritaꝝ.añ.℈.i.ꝯficiãt cũ
mucillagine draganti.⁊ gũmi arabici. et
fiat collirium.

¶ De mutatione coloris nãlis cornee.

Quinta paſſio cornee eſt mutatio
coloris nãlis in nõ nãlem oculo
ſano exiſtẽte. ¶ Intelligendũ ẽ ꝙ
ꝑꝑ opilationẽ epatis ⁊ ſplenis ſicut in
ictericia ⁊ ſimilib⁹ mutat̃ color naturalis
oculoꝝ in ruborẽ: aut croceitatem aut ni
gredinẽ. aut viriditatẽ. intantũ aliqñ ꝙ
homĩ videt̃ ꝙ oĩa ſint crocea. ¶ Mutat̃ eti
am color ⁊ figura ſicut in lepra. mutat̃ eti
am color ſm diuerſitatẽ humoris criſtal
lini ⁊ albuginei ⁊ ſpũs ⁊ ſm diuerſitatẽ
col̃. humoris viti. ¶ Curatio hui⁹ conſi-
ſtit in remotione cauſe. ⁊ ꝙ fomẽtet̃ ocu-
lus cũ aqua decoctionis ro. nenupharis
⁊ camomille. ⁊ ſi volum⁹ colorare oculũ
colore nigro fiat ſic. ℞. gallaſ. ⁊ oſſa mira
bul̃. puluerizẽtur in vltimo: ⁊ tẽperentur
in oleo ſiſamino. aut in oleo nuc̃. ⁊ ponã
tur in vaſe vitreo ad ſolem. deinde ſicut
colliriũ oculis inſtilletur.

¶ De nebula in cornea.

Sexta paſſio cornee: aliqñ enĩ hu-
miditas fluit ad cornuã ⁊ gene-
rat ibi fumũ ⁊ nebulã: ⁊ caligina-
tur viſus. ¶ Et curatio cõſiſtit vt purgetur
corp⁹ cũ pilul̃ aureis. ⁊ coll̃izetur ocul⁹
cũ felle ancipitris.

¶ De corrugatiõe ⁊ puificatiõe cornee

Septima paſſio ẽ corrugatio pui-
ficatio ⁊ duricies: ſicut fit in ſeni-
bus. ⁊ tũc cõfert fomẽtare oculũ
frequẽt̃ cũ aqua decoctiõis ordei. roſaꝝ
viol̃. nenupharis. ⁊ ſil̃iũ. ⁊ inſtilet̃ fre-
quent̃ lac mulieris in oculũ.

¶ De albugine vel macula ⁊ cicatrice ĩ
cornea.

Octaua paſſio cornee. ¶ Intelligen
dũ ꝙ ſupra corneã accidũt paſ-
ſiones multe que nõ videnť dif-
ferre niſi ſm plus vel min⁹: ſicut ẽ nubes
albugo. macula. pãnus. ⁊ tela. ¶ Que qdã
veniũt aliquãdo ꝑꝑ cõcurſuz humoꝝ. ali
quãdo ꝑꝑ caſuz ⁊ ꝑcuſſionẽ. aliqñ ſunt re
liquie apoſtematũ male curatoꝝ. ¶ Intel-
ligendũ etiã ꝙ cicatrices accidunt in cor
nea poſt curationes vlceꝝ variolaꝝ ⁊ ſi-
miliũ, ⁊ ſunt oẽs albe, ⁊ iõ videnť macu-
le. ⁊ oẽs laborãt in curatione cicatricum
ſicut ſi eſſet macula. ⁊ eſt maius opatio.
q: cicatrix nõ recipit curationẽ. ¶ Aliq̃ eti-
am opinant̃ ꝙ macula in cornea nõ ſit a-
liud niſi cicatrix cornee. vterq3 aũt iſtorũ
decept⁹ eſt. ¶ In cicatrice igit̃ nõ eſt labo-
randũ niſi ad decorem tñ. ¶ In maculis
aũt ⁊ albugine operandũ eſt ſic. ¶ Iſte enĩ
infectiones que veniũt in cornea cũ ſunt
in principio vel in puericia poſſunt defa
cili curari cũ lacte mulieris frequẽter im-
poſito. ⁊ poſtea cũ puluere oſſiſ ſepie. vł
ſic. ℞. ſucci papaueris ru. ſuc cẽtauree mi
noris. miſceant̃ cũ melle. iſtõ ꝓculdubio
curat albugines ⁊ maculas in principio
⁊ in ꝑuis pueris. ¶ Idẽ facit ſucc⁹ lingue
paſſerine. ⁊ appellat̃ poligoma apud di
aſcoridẽ. ⁊ aſſimilat̃ mirabilit̃ cẽtinodie.
¶ Iſta enĩ herba ẽ illa quã hyrũdines por
tant filijs ſuis cũ ꝑforat̃ ocul⁹ cũ acu: ⁊ re
cuperant viſum. ⁊ ego feci aportari de vi
ridario ſereniſſimi regis maioricarũ. ¶ Si
aũt herba nõ inueniat̃ ſaltẽ ꝑforent̃ ocu
li pulloꝝ hyrũdinũ: ⁊ poſt triduũ accipiã
tur qui recuperãt viſuz. ⁊ fiat puluis ⁊ o
culis inſtillet̃. ¶ Si aũt macula fuerit indu
rata de difficili curat̃ aut nũq̃. ¶ Modus
tñ operãdi eſt iſte ꝙ dieta ſit tenuiſ. ⁊ ꝙ
purget̃ caput cũ yerapig̃. deinde mollifi
cet̃ macula cũ aqua decoctiõis malue biſ
malue. palee ordei ⁊ auene. ⁊ viol̃. ⁊ roſ.
⁊ nenuphare. ⁊ camõilla. deinde ponat̃
quotidie iſte pul. ℞. oſſis ſepie. ℈. ij. 3ʒ i.
albiſſimi. ℈. i. piperis. ℈. ß. cuperoſe gra
na. x. puluerizent̃ ſicut decẽ colliria ⁊ mi-
ſceant̃: ⁊ ocul̃ inſtillet̃. vel fiat colliriũ ta-
le. ℞. calamite. ʒ. i. tucie. ℈. iij. ligni aloe.
℈. iiij. cuꝑoſe. ℈. i. ⁊ g̃na. x. licij. ʒ. ß. ¶ Mo-
dus faciẽdi eſt ꝙ. ſ. calamita ⁊ tucia deci-
es igniant̃ ⁊ extinguãt̃ in vrina pueri vir
ginis. poſtea in aq̃ ro. ⁊ poſtea tẽperent̃
in ſucco maiorane. miſceant̃ cũ p̃dictis ⁊
fiat puluis. ¶ Iſto aũt puluere poſſumus
vti trib⁹ modis. ¶ Primo in pul̃. ſicut ẽ di
ctuz. ¶ Secũdo ꝙ miſceãt̃ puluis cũ aqua
feniculi ⁊ celidonie diſtillate. ¶ Tertio ꝙ
miſceant̃ cum aſſungia porci recẽtis. ⁊ fi
at colliriuz. ¶ Vel vtat̃ iſto collirio ⁊ nõ q̃-
ram⁹ meli⁹. ℞. tucie ꝑꝑate ſicut decet. ſar
cocolle nutrite. aloe. piperis longi. corti
cis teſtaꝝ ouoꝝ calcinatoꝝ. fragmẽtoruz

scutellaꝝ terreaꝝ viridiū. vitrioli. eris vsti
cerusę lote. stercoris lacerte viridis. cati/
mie auri. margaritaꝝ. coralli. viride eris.
castorei. mirre. licij. musci. dragāti. serapi/
ni. galbani. spume maris. op̄ij. añ. ℥. ij.
fell' vulturis. balsami. ambre limature au
ri purissimi. añ. ℥. i. cōficiant cū succo eu
frasie. bñ tamē puluerizata sint sicut opꝫ
ꝛ informent trocisci pui ꝛ desiccent ī vm
bra. ꝛ cū balsamo inungat. ꝛ cū vti volue
ris in delicatis distēperet vn' cum lacte
mulieris ꝛ ponat in oculis sicut collirium.
In alijs pōt distēperari in succo feniculi
aut celidonie. ꝛ possum' vti sicut dictū ē
in alijs multis modis. s. in puluere. aut p
modū collirij clarificati ī aqua ro. aut per
modum collirij dicti facti cum assungia
porcina.

Clarificatio. Intelligendū tñ cir
ca istaꝫ mām q ma/
cula pān9 tela nō sunt morbi infectiui:
qꝛ modicū aut nihil ab eis resoluit. Lip/
pa aūt est morb' infectiu' cū aliqd ab eo
resoluat. Morbi aūt infectiui in his ver
sibus cōtinent. Febris acuta ptisis pedi
con scabies sacer ignis. Antrax lippa le/
pra nobis cōtagia prestāt. Secūdo
notandū q melia purgat p oculos. ꝛ fleg
ma p nares ꝛ palatū. ꝛ cola p aures. sed
sanguis nō habuit emūctoriū qꝛ purus
ē ꝛ nō hꝫ supfluitates. Itē aduertendū
qm̄ lꝫ humores frigidi tarde penetrēt pā
niculos costaꝝ: nihilomin' penetrāt pāni
culos ocloꝝ. ꝛ iō aliqñ penetrāt inter du
as tunicas: ꝛ tūc generat cataracta sic vi
debim' inferi'. Aliqñ agregātur in super
ficie cornee: ꝛ causant ibi albugies ꝛ ma
culas. pānos. ꝛ telas ꝛ silia.

Caplm. iiij. de passionib' vuee ꝛ primo de dilatiōe vuee ꝛ pupille.

PRima passio vuee
est dilatatio vuee. i. pupille. pu
pilla aūt est foramē vuee. Istō
aūt foramē aliqñ dilatat q videt tangere
cōiunctiuā. Ista aūt dilatatio aliqñ ē na
turalis: qꝛ a natiuitate talis apparuit: et
nullo mō recipit curationē. ꝛ aliqñ venit
accidētaliter. ꝛ quocūq modo fuerit no/
cet visui: qm̄ aut nihil videt: aut videt in
minori quātitate q sit res visibilis. ꝛ hoc
est pp nimiā dispsionē spirituuꝫ. Dilata/
tio igit accidētalis causat a causis exteri
orib': sicut est casus pcussio. nimi' dolor
capitis. Et causat etiā a causis intrinse/
cis. ꝛ hoc ē pp apostema. aut pp magni
tudinē humoris albuginei: aut pter hu
miditatē currentē ad vueā. aut pter sic
citatē vuee ꝛ corrugationē eius: qm̄ tra/
rahitur versus circūferentiā: ꝛ ita foramē
magnificat: sicut apparet in corijs pfora
tis cū desiccat. ꝛ tūc dilatatio vuee ē mor
bus per se: ꝛ apparet tota vuea minorata

Cura. Si aūt fuerit pp desiccationē
vuee: tūc inungat dieta resū/
ptiua humectiua ꝛ nutriēs. ꝛ sit in ocio ꝛ
quiete. ꝛ balneet frequēter. ꝛ fomētet o/
culus cuꝫ aqua dulci calida. ꝛ piciat lac
mulieris sup oculū. Si aūt fuerit pp hūo
rem albugineū: aut pp hūiditatē. sic in di
eta tenui. ꝛ purget caput cum yerapig. ꝛ
abluat caput ꝛ facies frequēter cū aqua
salsa ꝛ aceto. ꝛ sint calida. ꝛ collíria ponā
tur in oculo que dicta sūt caplo de albu/
gine ꝛ macula. ꝛ que dicent inferi' de ca
tharactis. Si aūt fuerit pp apostema.
aut pter casum. aut pp pcussionē. iniun
gatur dieta tenuis. ꝛ fiat flōia de cepha/
lica. deinde fiant ventose in collo. dein/
de fiat flōia de venis que sunt in angul'
oculoꝝ. Et si rubor appareat amplent
timpora cū sandal. ꝛ sanguis dra. ꝛ albu
mine ouoꝝ. supra oculos apponat saccu
lus de ro. et nenupha. intinctus in aqua
rosa. vel istud ℞. farine ordei. fabarum
vitellū oui. ꝛ pistent cū oleo rosa. ꝛ succo
endiuie. ꝛ sup oculū apponat. Deide p'
principiū instillet lac mulieris. deide p'
sanguis colūbe. Apostemata igit curē
tur sicut dictū est caplo de obtalmia. Di/
latatio aūt vuee pp cās primitiuas nō re
cipit curationē: nisi natura p se conforta/
ta incipiat restingere. ꝛ ita dilatio pupil
le semper mala.

De cōstrictione pupille.

Scūda passio vuee est ɔstrictio
pupille. Cā aūt hui' passionis ē
siccitas ꝛ corrugatio vuee: ꝛ mo/
tus ei' a circūferentia versus centruꝫ. et
tūc ocul' est minorat': ꝛ forte nō recipit
curationē. fit etiā ex puitate humoꝝ albu

gīnci: ⁊ satis de facili curaꝛ. Coartaꝛ etiā
⁊ cōstringiꝛ pupilla ex aliq̊ humore com
primēte eā versus centrū. Ista aūt cōstri
ctio pupille aut ē naturalꝭ aut accidentalꝭ
Si nālis iuuat: q꞉ spūs vnitur ⁊ ꝯfortaꝛ
Si accidentalꝭ sp nocet: ⁊ facit apparere
rem maiorē ꝙ̄ sit. Si aūt cā fuerit inanicꝭ
humecteꝛ ocul⁹ ⁊ caput ⁊ totū corp⁹ cuȝ
cibis ⁊ hūidis balneis. ⁊ fomētetur ocu-
lus cū spongia intincta in aq̄ dulci ca. ⁊
fricetur facies ⁊ caput vt calefiat: q꞉ sola
humectantia nocent ꝭm Auic. Si aūt cā
fuerit repletionalꝭ: purgetur caput: deinđ
vtatur isto collꝭio. ℞. croci. musci. aloe. ster
coris lacerte viride. añ. ℈. i. balsami. ℈. 5
piperis. floris eris. armoniaci. añ. grana
vi. conficiātur cuȝ aqua feniculi distilata

De catharata.

Tertia passio vuee sunt aque seu
catharacte. Intelligendū ꝙ vapo
res aquosi aliquādo ascēdunt a
stomaco ad oculos: ⁊ ꝑturbāt hūiditateſ
claras luminosas. cui⁹ signū q꞉ ante cibū
pei⁹ se habēt ꝙ̄ post. Aliqñ aūt descēdūt
a cerebro. cui⁹ signū q꞉ equaliꝛ ante cibū
⁊ post se habēt: ⁊ tūc est magnū pericꝭm
agregatiōis aque in oculo. aqua igitur a
gregaꝛ inter tunicā corneā ⁊ tunicā vueā
recte añ foramē pupille. ⁊ tūc in pricipio
apparēt ymagines multe diuerse sic̄ sūt
pili: aut vngues: aut cimices: aut musce:
aut alia volantia. aut oīa videnꝛ ꝑforata
aut sicut pūct⁹: aut lateraliꝛ. ⁊ ita de alijs
apparitiōib⁹ multis ⁊ diuersis. ⁊ hoc ꝭȝ
diuersitatē situs hūoris in pupilla: ⁊ ꝭm
diuersitatē quātitatis ⁊ qualitatis. Et ēt
colores diuersi apparēt: rubei aut citrini
aut nigri. ⁊ ita de alijs: ꝭm diuersitatem
humoris. Et h̄ sunt que legūꝛ a Galꝭ. 4º.
de morbo. Nūc aūt isti fumi ⁊ etiā nubi-
le cū incipiūt cōdensari causant aquā seu
catharactā: ⁊ ipediūt visum aut oīno de
struūt, ꝑpꝛ opilationē pupille. qm̄ simula
crum rei visibilꝭ nō pōt iactari vsq꞉ ad cri
stallinuȝ. nec spūs visibilꝭ pōt penetrare
vsq꞉ ad corneā: ⁊ ita ipediꝛ visus. In pri
cipio igiꝛ curari pōt a bono medico: sed
post cōfirmationē nō: nisi ꝑ manū restau
ratoris. ⁊ etiā ab eo nō semꝑ: ſȝ cū sūt in
dispōne media. In primis igiꝛ ordine-
tur dieta subtilꝭ, vitet igiꝛ oēs pisces sicut
fulgur. nisi velit igrossare: vt eēt acui subi
cibilꝭ. vitet oēs fruct⁹. oīa fumosa. oīa aq̊
sa. oīa acuta. ⁊ breuiꝛ oīa que faciūt ascē
dere vaporē ad caput. Deinde purgetur
caput cū yerapig̃ multis vicib⁹: ſȝ in par
ua quātitate. deinde deꝛ tyriaca. deinde
vtaꝛ isto collirio. ℞. fellꝭ ancipitris. balsa
mi. añ. ℈. ij. ellꝭi albi. piperis. añ. ℈. cōfici
anꝛ cū aqua raphani. ⁊ fiat colliriū ⁊ ocu
lis instilleꝛ. postea odoret maioranā ⁊ o-
culis applicet frequēt. Si aūt ex his nō
cureꝛ. tūc ad manū cirurgicā recurramus
Aqua em̄ seu catharacta qđ est idem ali
qñ est subicibilꝭ acui. ⁊ aliqñ nō. Qñ em̄
est nimis grossa nō est subicibilis. quia
non posset descendere. qñ aūt est nimis
subtilis non est subicibilis. quoniam et
licet descēderet: tñ statiȝ ad primā dispo
sitionē reuerteretꝛ. in dispositione aūt me
dia est subicibilꝭ. Nunc aūt mod⁹ discer-
nēdi ē iste. cū aut ī loco lumioso ocul⁹ bñ
respiciꝛ: si color aq̄ fuerit sic̄ color fūgi
aut calcis aut grādinis. aut color niger
fuerit: significaꝛ ꝙ nimis est indurata ⁊
non esset subicibilis: quare tunc nō est la
borandū. Secundo discerniꝛ sic: clau-
datur vterq꞉ oculus: ⁊ tunc oculus infir-
mus cū pollice suauiter altero clauso ma
nente fricetur. ⁊ tunc celeriter infirm⁹ ocu
lus aperiatur. et si pupilla non dilatatur
nullo modo est subicibilis: quia nimis
est confirmata. Si autem dilatetur et
reuertatur aqua ad pristinam dispositio
nem: subicibilis est. Et si remaneat di-
spersa adhuc non est confirmata. et ita
non esset subicibilis. Et si volumus ꝙ
cito confirmetur: vtatur piscibus.
Si autem color aque est aereus diafa-
nus transparens vel quasi: tunc est subi
cibilis. et tunc est in dispositione me-
dia inter confirmatam et non confirma-
tam. Et tunc eligatur diligens restaura
tor. et corpore mundificato fiat cauer-
na in cornea cum acu rotundi capititis.
et tunc impellatur supra vueam: sed nō
transeat vltra. Et comprimatur aqua
inferius cum acu. Et non extrahatur
statim: sed maneat aliquantulum: vt a-
qua superius non reuertatur. Eleue-
tur igitur acus ⁊ postea comprimatur:
deinde extrahatur. In parte autem infe

riori oculi nō fiat cauerna ad extrahēdū aquā: q2 timendū esset de euacuatiōe humoris albuginei sicut dic. Auic. Fiat igitur in angulo. deinde fiat emplm supra oculum de vitell' ouoꝝ. ⁊ stet in loco obscuro p septē dies.

De debilitate visus.

Visus debilitať aut pp cās extrinsecas: aut pp intrinsecas. Si pp extrīsecas: sicut est fum⁹: puluis. aut vent⁹ turbid⁹. aut inspectio solis. aut corporis luminosi. aut intuit⁹ superi⁹ in aliqua re. aut legere literas minutas. aut nimie vigilie. aut nimi⁹ somn⁹. aut nimia caliditas. aut frigiditas. aut siccitas. aut humiditas. aut repletio cibi ⁊ pot⁹. ⁊ crapula. ⁊ vomit⁹ nimi⁹. ⁊ mirabiliter nocet coytus. ⁊ cibaria ventosa ⁊ acuta. ⁊ salsa ⁊ acetosa. ⁊ oē illud qḋ cōuertit mām in fumū ⁊ vaporē: sicut sūt cepe: allia: ⁊ porri. ⁊ fruct⁹: ⁊ legumina. ⁊ nocꝫ etiā iacere calciatū: ⁊ capite declinato ⁊ psilia. Si sint cause intrinsece: tūc sunt etiā multe valde minorātes visuꝫ aut corrūpentes aut destruētes. sicut sunt egritudines capitis. sicut est reuma. frenesis. vertigo. scotomia ⁊ silia. ⁊ sicut est apostema nerui obtici. aut epilatio. ⁊ quelibet quatuor cōplexionum tam simpliciū q̄ cōpositoꝝ cū materia vel sine materia. Hoc idē fit pp malas dispōnes tunicaꝝ: ⁊ humoris vitrei ⁊ albuginei. ⁊ pp humorē cristallinū ⁊ situm ei⁹. qm̄ si torqueať versus oculoꝝ angulos videnť etiā oblique. Si aūt torq̄atur versus superi⁹ aut inferi⁹: tūc vnum videnť duo. ⁊ debilitať visus pp causas dictas manifestas. sicut sunt passiones vuce. aut cornee. aut cōiunctiue. ⁊ debilitať pp vapores ascendentes a stomaco sicut dictū est caplo de catharatis. q: discerniť qm̄ apparitio ymaginū stet p sex menses ⁊ pupilla apparet munda: a stomaco puenit. Quādo aūt puenit a cerebro: nō est tāto tpe sine aggregatiōe aq̄ nihilominus. Etiā debilitať visus aut minuiť aut corrūpitur pp dispōnem spūs visibil'. Iste aūt spūs si fuerit mult⁹ ⁊ clarus ⁊ subtilis: facit q res visibil' bene discerniť ⁊ longe ⁊ de ppe. Si aūt est multus ⁊ grossus: tūc videt ⁊ discernit meli⁹ longinqua q̄ ppinqua. ⁊ h est ſm illos q̄ dicūt spm̄ extra emitti pp h q2 subtiliatur in via. ſm aūt illos qui dicūt q fum⁹ intus suscipiēs ⁊ nihil extra mittēs fit hoc pp fortez motū in cristallina ⁊ apphensionem rei mote. ⁊ rōne motus subtiliať spūs. Si aūt spūs fuerit paru⁹ ⁊ subtil': bene videt ppinqua ⁊ cernit: sed remota non: q2 nō pōt angulū cōphendere. Si āt fuerit paruus ⁊ grossus: tūc male discernunť ⁊ ppinqua ⁊ remota. Ista aūt materia exposita ē a nobis supra quartū de morbo. Curatio igiť talis erit. si visus corrūpať pp res inanientes: cōfortet oculus cū quiete ⁊ ocio: ⁊ cibis humectātib⁹ ⁊ balneo ⁊ fomētatiōib⁹ factis circa oculuꝫ cū aqua dulci tepida ⁊ lacte. Si si cā fuerit replēs iniūgať dieta tenuis. ⁊ purgeť corp⁹ cuꝫ yerapig. ⁊ pilluľ aureis. ⁊ pilluľ sine quib⁹ eē nolo. ⁊ collirizeť oculus cū fellib⁹ auiū de rapina viuentium. ⁊ balsamo. Intelligendū etiā iuxta illaꝫ materiā q aliqui sunt qui satis mediocriter vidēt de die: ⁊ versus noctē paꝝ aut nihil. ⁊ h est pp grossiciē spūs ⁊ humoꝝ ⁊ aliqui ōtra se habēt: qm̄ de die paꝝ aut nihil vident. ⁊ de nocte quodā mō pporcionabiliter loquēdo meli⁹. ⁊ h est. q2 spiritus sunt nimis subtiles ⁊ parui.

Caplm. v. de minoratiōe visus corruptione ⁊ ablutione eiusdē.

Licet de his multa dicta sunt: tm̄ magis pticulariter sic procedim⁹. Ista sunt que nocēt oculis supra oīa ō mundo vel quasi. s. coyt⁹ supfluus. deinde ebrietas crapľa. nimia repletio cibi ⁊ potus. vomit⁹ supfluus. dormire īmediate post comestionē donec quasi digestio sit in stomaco celebrata. dormire capite demisso. ⁊ long⁹ somn⁹ ⁊ pfund⁹. ⁊ dormire calceatū. ⁊ nocet etiā intueri res nimis splendidas ⁊ rutilantes. sicut ē corp⁹ sol' aut lune: aut ignis: aut niuis ⁊ siliū. et nocēt tenebre sicut illis qui nimis fuerūt incarcerati. ⁊ nocent oīa caľa vaporosa. ⁊ ventosa ⁊ corruptibilia: ⁊ grosse digestionis. sicut sť allia. cepe. ⁊ porri. ⁊ pip: ⁊ vinum forte ⁊ nouuꝫ ⁊ turbidū ⁊ spissuꝫ. ⁊ oēs fruct⁹. ⁊ oia legumia. ⁊ oua indurata

A qua A. p̄t ad visus ... [illegible] ... distillent ... et quotidie de ea ponant i oculis ... [illegible] ... duas ut tres guttas ...

⁊ caseus dur⁹. ⁊ caules. ⁊ carnes bouine ⁊ lac. ⁊ pisces. ¶ Et nocet legere nimis frequenter litteras minutas. ⁊ ociū nimiū ⁊ breuiter oīa q̄ replēt caput vaporibus aut grauāt stomacū. ¶ Oīa igit̄ ꝯtraria iuuant ⁊ cōfortant: ⁊ potissime color viridis ⁊ color niger: sicut esset cucula monaci si transiret ꝑ loca niuosa. ⁊ submergēt frequenter oculos in aq̄ frida oculis apꝰtis vel paldebris nisi senect⁹ īpediat iuxta illud qd̄ dicit̄. ¶ Limpha nitor speculum fortificat oculū. ¶ De medicinalib⁹ autē si corp⁹ est plectoricuz ⁊ nihil īpediat: fiat flōia de cephalica. deinde fiāt vētose cū scarificatione supra collū ⁊ spatulas. deinde flōia de venis q̄ sunt in āgulis oculoꝝ. ¶ Et q2 vtplurimū tenebrositas visus ꝓuenit ꝓpter abundantiā flegmatū: aut mel'ie: aut vtriusq; cū talia habeāt caligīnare aut spūs īgrossare ⁊ obscurare. ¶ Nō bonū est ꝙ mā digerat̄ ꝑ hūc modū. ℞. maiorāe. ℳ. iij. saluie. ruthe. sileris mō. eufrasie vere mōtane. saxifragie. fragarie fenicl'i. añ. ℳ. ij. anisi. maratri. dāci carui sileris mon. añ. ʒ. ij. mellis lib. i. ⁊ ʒ. fiat sirupus quo vtatur mane ⁊ sero. ¶ Et si mā est mel'ia addātur sirupo floꝝ boꝝ. folioruz sene. epichi cuscute. añ. ʒ. iij. ¶ Digesta mā purget̄ sic. si mā est flegmatica. ℞. yerap̄. ʒ. ʒ. yeralogodion. ℈. ij. euforbij pulpe coll'. mastic̄. anisi. bdellij. gariofil'. añ. pondus. vi. granoꝝ cōficiantur cū succo absinthij ⁊ fiāt pill'e. dent̄ eūti dormitū. si āt mā fuerit mel'ia purget̄ sic. ℞. diasene. daboꝝ. añ. ʒ. ʒ. yeraruffi. ʒ. iij. lapidis armenici nonies abluti. ℈. ij. misceantur ¶ Supposita igit̄ bōa dieta: ⁊ ꝙ corp⁹ sit bn̄ mūdificatū vtat̄ istis remedijs ꝑticularib⁹ ⁊ expertis semꝑ a faciliori bus ad difficiliora ꝓcedēdo. ¶ Fiat igit̄ ista aqua quā cotidie ponat in oculis quōcūq; voluerit. ℞. celidonie. feniculi. ruthe. sileris mon. eufrasie. ꝟbene. rosarū ru. electaruz añ. lib. ʒ. gariofil'. piꝑis lō. añ. ʒ. ij. cōquassentur ⁊ ponantur in elambico de vitro ⁊ fiat lentus ignis: ⁊ fiat aqua sicut fit aqua rosata. ⁊ reseruetur. ¶ Secundum experimentū est istud. ℞. picā. s. auē q̄ vocatur pica vel picas ml'tas ⁊ ponātur integre in olla noua vitata ⁊ lutet̄ ⁊ ponatur in furno donec possit puluerizari: nō tm̄ tantū ꝙ adurat̄. ⁊ tunc puluerizetur ⁊ puluis oculis imponat̄. vel fiat coll'riuz vel puluis ꝑ se sumat̄. qm̄ pica hȝ hāc ꝓprietatē ꝙ quōcūq; sumat̄ confert visui. ¶ Tertiū experimentuz est tale. ℞. epar caprinū ⁊ lardetur minutim de zinzibere. ⁊ gariofil'. ⁊ pipere longo. ⁊ assetur. ⁊ pinguedo q̄ fluit desiccet̄: ⁊ accipiat̄ ꝑs lardonū p̄dictoꝝ: ⁊ terāt̄ minutissime ⁊ cū p̄dicta distillatiōe siccata ⁊ puluerizata misceantur ⁊ fiat puluis sicut decet coll'ia ⁊ oculis instillet̄. vel fiat colliriū cū aq̄ ro. ⁊ epar p̄dictū suffumiget̄ ⁊ etiā comedat̄ ⁊ ista fiat multis vicib⁹. ¶ Quartū experimentuz est tale. ℞. tucie ignite ⁊ extincte quinquies in vrina pueri virginis: ⁊ quinquies in aq̄ ro. optima. ʒ. ʒ. balsami optimi. ʒ. iij. vini al. purissimi ⁊ mūdissimi. ʒ. i. misceant̄ simul ⁊ incorporētur. ¶ Quintū est tale. ꝙ. s. vtatur puluere subscripto oibus comestionib⁹. ℞. eufrasie. saluie mēte. sileris montāi. añ. ʒ. ij. anisi. maratri. ⁊ zinzī. gariofil'. piꝑis lon. añ. ʒ. i. floꝝ boꝝ: folioꝝ sene. epichimi. liquir̄ mund̄. vuaꝝ passaꝝ mūdataꝝ abaril'. cortic̄ mirabul'. indoꝝ. añ. ʒ. ij. pāis zuccāi. ʒ. ʒ. fiat puluis ⁊ ponat̄ in sacculo de aluta. ¶ Sextū ē tale qd̄ cōfortaret mirabiliter visuz nisi patiens haberet in abominatione venent̄ igitur anguille nemorales de locis siccissimis: ⁊ ligētur versus caput ⁊ caudaz: et flagellētur cum virgis minutis. ⁊ subito vno ictu a duobus viris abscindant̄ caput ⁊ cauda: ⁊ excorietur ⁊ abluat̄ cuz vino ⁊ sale. ⁊ decoquat̄ in vino albo cuz feniculo donec caro sepetur ab ossib⁹ ⁊ illa caro sumat̄ ꝑ se vel cū pane de zucc̄. fiat el'ariuz: ⁊ lōgus vsus facit mirabilia. ¶ Septimū est istud ꝙ accipiātur mirabolani chebl'i ꝯtriti. aut pill'e auree. aut pill'e cochie. ⁊ ꝙ vtatur eis ꝑ interualla: et acuūt visuz. ¶ Octauū ē qm̄ frequēs vsus tyriace cōfortat visuz. ¶ Nonū expimentū ⁊ vltimū est istud: ⁊ mūq; de⁹ vsq; ad hec tēpora voluit meli⁹ reuelare. ℞. sileris mōtani. maiorane. eufrasie. ruthe. celidonie. feniculi. añ. ʒ. iij. zinzī. spicanar. piꝑis lō. gariofil'. tucie extincte ⁊ nutrite. sarcocolle nutrite in lacte asine. ligni aloes. añ. ʒ. i. fell' aquile ⁊ ancipitris. ⁊ hirci incolētis mōtana. vnum de quolibet. balsami. ʒ. ʒ

k

Aqua ... [illegible] ... ad caligines, nebulas ... [illegible] ... distillent ... [illegible] ... duas guttas oculis pone.

mell'ro.ʒ.i. puluerizenť cõquassanda in vltimo ꝯquassenť sicut decet colliria. ⁊ li liquefienda liquefiāt. ⁊ si fuerit estas misceanť in sole calido ꝑ dies .xl. cotidie sp agitādo sicut cõficiť zuccaꝝ ro. ¶ Et si fuerit hyems cõficiātur cũ cinerib⁹ vbi sit calor ad modũ galline cubantis. ⁊ agiteť ⁊ serueť in vase vitro: ⁊ oculis instilleť. ⁊ ẽ tāte virtutis ꝙ decrepitũ faceret legere litteras minutas sine ocularibus.

¶ **Clarificatio.** Intelligendũ ꝙ in noctilopꝑ bn̄ põt cõpetere flõia: licet accidat vtplurimũ in senib⁹ ⁊ flegmaticis ⁊ crapulosis. ⁊ in illis in quib⁹ frigidi ⁊ grossi hũores abundant. ꝓptanto q2 corp⁹ põt eẽ plectoricũ ⁊ ita cõpetit rõne vl'is purgationis. licʒ alia sit cura ꝑticularis sicut dictũ ẽ statim in fine capl'i cũ ponebať digestiuũ materie fride. ¶ Secũdo intelligendũ ꝙ in debilitate visus bn̄ põt cõpetere vomit⁹: nec traheť mā ad eādem ꝑtem: imo effectiue erit opposita postꝙ̃ ad exťiora mittiť. q2 cessante causa cessat effect⁹. ¶ Particularia aũt in q̃b⁹ põt cõpetere vomit⁹ sunt ista s. ꝙ mā ꝯtineať i cõcauitate stomaci. ⁊ ꝙ euomat de facili. ⁊ ꝙ caput nõ sit repletũ ⁊ ꝙ oculi nõ sint nimis debiles. ⁊ cũ talibus ꝑticularib⁹ põt cõpetere vomit⁹ in debilitate visus. ¶ Tertio notandũ ꝙ aīalia q̃ hñt spũs subtiles ⁊ debiles vident de nocte ⁊ n̄ de die: sicut bufones. qm̄ fortificatur ꝓpter frigiditatẽ noctis. ⁊ q̃ hñt spũs subtiles ⁊ fortes vidẽt de die ⁊ nõ de nocte. sicut murilegi q̃ habẽt spiritus vergẽtes ad grossiciem vidẽt de die. qm̄ purificatur spũs rõne claritatis exterioris sicut hoĩes. ⁊ qui inter ista se habent medio mõ inter nimis subtiles ⁊ nimis grossos vidẽt in crepusculo. ⁊ illi in quibus vergit spũs ad multaʒ grossiciẽ non possunt videre postꝙ̃ dies declinat sicut in noctilopa. ⁊ oculus q̃ est in tenebra videt rẽ i luce ⁊ nõ ecõuerso. qm̄ ad hoc ꝙ aliq̃ res videatur oʒ ꝙ res visa sit illuminata: qm̄ lux est forma coloris inq̃tuʒ color est visibilis sm̄ Aueroym.

¶ Capl'm sextũ. de passionib⁹ q̃ ꝑtinent ad totũ oculũ ⁊ primo de strabositate.

Strabositas secundum. Gal. 4. de morbo accidit duob⁹ modis. primo cũ oculus torquetur versus dextrũ vel sinistrũ. ⁊ tũc nõ accidit nocumentũ nisi ꝙ res videť oblique. ꝓptanto q2 magna ps oculi remanet illuminata. ¶ Si aũt torq̃ať versus supi⁹ aut iferi⁹: tũc vna res videretur due. qm̄ magna ps pupille cooperitur: ⁊ nõ põt iactari simulacrũ vsq3 ad cristallinũ nisi ꝑ viaʒ inundationis. ⁊ ita nõ põt cãcellari simulacrũ in cruce signatione nerui obtici: nisi ꝯtingat recte videre: nisi enim in tp̄e sanitatis cancellareť ydolũ in cruce signatione nerui obtici: tũc vniuersaliter res oẽs videreť eẽ due: cũ simulacrũ sit in quolibet oculo. ¶ Istā aũt materiā tetigim⁹ supra quartũ de morbo tñ breuiter ꝟ aliqd dicam⁹. ¶ Intelligẽdũ ꝙ Auic. ꝑtractat istā mām. v. de naturalibus lib. iij. cap. viij. ¶ Prima igiť causa vt dictũ est ꝓpter quā nõ cõtingit recte videre est tortuositas cristalline ⁊ coopertura eiusdẽ: qm̄ simulacrũ nõ põt directe iactari ⁊ iõ venit cũ quibusdaʒ ĩmutationibus. ⁊ ita vna ps citi⁹ est in cruce signatione ꝙ̃ alia. ⁊ q2 n̄ obuiāt se adinuicẽ nõ possunt ydola cãcellari: sʒ transeunt vsq3 sensuʒ cõem sine cãcella tione. ⁊ ita ꝯtingit male videre: q2 vnuʒ videntur duo et mlta. ¶ Secũda cã põt esse nimia mobilitas spũs ⁊ agitatio ⁊ mot⁹ ꝟsus dextruʒ ⁊ sinistrũ ꝟsus ꝑtẽ anteriorẽ oculi. ⁊ quia mouetur ꝑ modũ inundationis nõ fit cãcellatio. ⁊ ita videť vnũ multa. ⁊ hoc pʒ q2 si sol ꝑcutiat aquā stagnatā ⁊ aq̃ moueať: videbiť ꝙ sol moueať ⁊ ꝙ sint multi. ⁊ hoc pʒ etiā ꝙ si lumẽ cãdele sit in capite dom⁹ de nocte: ⁊ tu agites pupillaʒ inferiorẽ cũ manu ⁊ agites oculũ. videbitur lumẽ saltare modo supius modo inferius modo ꝓpe modo remote ꝟm diuersitatem mot⁹. q2 patet ꝙ inundatio a parte ante corrũpit iudiciũ rectũ ipsi⁹ visus. ¶ Tertia cã põt esse nimi⁹ mot⁹ ⁊ agitatio ipsius spũs. qm̄ modo moueť ad sensuʒ cõem: modo iteꝝ reuertiť ad cruce signationẽ. ⁊ hoc facit mot⁹ mouens ⁊ perturbans. quare videtur hoĩ ꝙ oĩa moueanť in girũ, sicut patet in vertigine, ⁊ ideo si

respicias aquam currentē vel nubes volantes pturbatᷓ motus interior propᷓ similitudinē mot⁹ exterioris. ita ꝙ cogitur stare aut cadere. ꝛ h̄ facit varietates motus q̄ est int⁹. ꝛ ita īpediᷓ iudiciū. ¶ Quarta cā pōt esse nimia subtilitas spūs qui moueᷓ ꝛ agitatur defacili ex qualibet cā ꝛ protanto intelligendū ꝙ oē illud quod impedit cācellationē ydoli in cruce signatione nerui obtici corrūpit iudiciū visus sicut videm⁹ in guttis aque velociter cadentis: quā rectā lineā extimam⁹. ꝛ sicut pꝫ in quadrato si velociter moueaᷓ videbitur linea circularis: lꝫ sit figura quadrata. ¶ Intelligendū igitur iuxta illam materiam ꝙ spūs visibilis transit de vno oculo in aliū. qđ pꝫ: qm̄ balistari qn̄ volūt ꝓicere recte claudūt vnū oculum: vt visus fortificeᷓ ī altero. ¶ Secundo pꝫ ꝙ si clau datur vnus oculus: tūc latus nariū oculi aperti pōt videri. ꝛ si ambo essent aperti nō videreᷓ. ¶ Tertio pꝫ in catharactis cuꝫ volum⁹ ꝓbare vtrū sint subiacibiles acui vel nō. tunc claudim⁹ vnū oculū: ꝛ si ex h̄ pupilla alteri⁹ dilateᷓ tūc subiacibilis ē sicut dictuꝫ est. pꝫ igitur ꝙ spūs transit de vno oculo ad alium. ſm autē diuersitatē spūs cōtingit aliter ꝛ aliter videre: vel de longe vel de ꝓpe ſcut dictū est sup̄. ¶ Color autē viridis sūme cōfortat visuꝫ sicut dictum est. ¶ Qui aūt causas passionis scire voluerit habeat expositiones nostras supra quartū de morbo. ¶ Si igiᷓ strabositas fuerit a natiuitate: tūc a pricipio pōt aliquo modo rectificari. ꝛ nō est alter modus nisi ꝙ candela ponaᷓ sibi ex opposito illius strabositatis. vel filū rubeū. vel aliqua res pendens quā intueatur. ꝛ ita ex cōtinuo videre in oppositum rectificabiᷓ ꝛ ad mediū reuerteᷓ. ꝛ ita qn̄ parua fenestra est in domo p quā intrat lux si p iter puus frequēter respiciat ipm ex obliquo efficietur strabo. a talib⁹ igiᷓ aduertendū. ¶ Nunc aūt strabositas aliqn̄ venit in adultis ꝓpter spasmū de inanitione. aut de repletione. aut ꝓpter mollificationem ꝛ paralisim. aut ꝓpter epil'iam. et propᷓ capitis consimiles passiones. ꝛ tūc curabitur strabositas illis curatis.

¶ De eminentia oculi.

Secūda passio q̄ debeᷓ toti oculo est eminētia eius. oculus eniꝫ eminet ꝛ egrediᷓ ad exteriora ꝓpᷓ ml'ta s. ꝓpᷓ repletionē nimiā cerebri ꝛ oculi ꝛ totius corporis. ꝛ ꝓpter ventositatē. ꝛ ꝓp apostema cerebri. ꝛ similia īpellētia oculū ad exteriora. ¶ Fit ꝛ ꝓpter mollificationem ꝛ palisiꝫ lacertoꝝ mouentiū oculos quare cadit oculus v̄sus exteriora ꝛ eminet. fit etiā ꝓpter nimiū capitis doloreꝫ ꝛ propter vomitū. ꝛ ꝓpter nimiū clamorem. ꝛ propter nimiū conatū in assellādo sicut in tenasmone: ꝛ in expulsione fetus. ¶ Si aūt eminētia fuerit modica tūc suffiᷓ paruitas cibi ꝛ potus. ꝛ ꝙ iaceat resupinus. ꝛ ꝙ oculus collirizetur cū aqua ro. vbi sit sumac. ꝛ cortex thuris. ¶ Si autem eminētia fuerit magna fiat flōia cū cōuenientia pticulariū. deinde sequaᷓ farmacia. deinde fiat vētosa in collo. deinde fomenteᷓ oculus cū aqua decoctionis gallaruꝫ sumac. balaustie. masticis. thuris. ꝛ cū spongia frequēter oculus fomentetur vel ꝙ fiat empl'm ex farina fabarū ꝛ thure. ꝛ albumine ouoꝝ. ꝛ nucleis dactiloꝝ adustorum.

¶ De ꝓfundatione oculi.

Oculus enim profundaᷓ propter maliciam fe. propᷓ vigilias nimias. ꝛ angustiā. ꝛ tristitiaꝫ. ꝛ propᷓ similia cōsumantia humiditates connaturales ocl'i. ¶ Remoueanᷓ igiᷓ illa ꝛ fiat curatio cū cibis humectātib⁹. ꝛ fomentatiōe cuꝫ aqua calida dul. ꝛ similibus.

¶ Clarificatio. Intelligēdū ꝙ oculus eminens min⁹ videt q̄ mediocriter profundat⁹: qꝛ spūs disgregaᷓ. ꝛ per eandē rationeꝫ oculus magnus peius videt q̄ paruus. qꝛ spiritus disgregaᷓ. in paruo autē mediocriᷓ congregantur. quoniam virtus vnita fortior est se dispersa. ꝛ ideo melius vident qui habēt pupillā angustam naturaliter larga autē pupilla nocet visui siue sit naturaliter siue accidentaliter. sicut scribitur quarto de morbo. ¶ Intelligendum etiam ꝙ in obscuritate visus sicut dictum est: balsamus ꝛ fella auium viuentium de rapina faciunt festum celeberrimuꝫ. supposito bono regimine: ꝛ ꝙ corpus sit mundificatum.

Cap. vij. de passionibus palpebrarum: et primo de scabie et pruritu palpebrarum.

Quando materia sal savitrosa aut alia adusta currit ad palpebras: primo generat pruritum. postea si continuetur generat sca biē. deinde asperitatē deinde ruborē. deinde vlcerationē. Primum igit cōsiliū est q mūdificet corpus iuxta naturā humoris peccātis. et postea distrahat mā ad opposita. deinde illiniatur palpebre cū isto medicamine. R. eris vsti. cathimie lote. ceruse lote. aā. ʒ. i. aloe mirre. aā. ʒ. i. sal armōiaci. floris eris. aā. ℈. ʃ. pulverizent et pficiātur cū melle. Et si aliq eminentia remāet manu cirurgica abscindatur.

De petrificatione in palpebris n odo siue lupia.

Curet igit sic. R. armoniaci. opoponac. galbani. aā. ʒ. i. tēperet in aceto fortissimo p diē et noctē. malaxent et fiat empl'm. h enim mollificat et resoluit. Si autē sic nō curet. ad manum cirurgicā recurram⁹. et interior palpebra inuerset et abscindat. et nod⁹ seu lupia seu eminētia seu petrificatio abstrahat. et curet vuln⁹ sicut vulnera debēt curari etc.

De cōglutinatione palpebrarum et earum inuiscatione.

Abluat oculus in primis cum aq decoctionis feniculi. cimini. et salis. et imponat medicamen de fenugreco. et semine lini. et aloe. et sarcocol. et si ex his nō sepent ad manū cirurgicā recurram⁹. Eleuet igit palpebra et inuerset cū amo qētum erit possibile. et scindat qd cōiunctū est. et abluatur cū aqua salis et cimini. et pānus line⁹ in medio imponatur et fiat empl'm de vitello oui et oleo ro. et d sup apponatur et ligetur.

De seperatione palpebrarum.

Seperantur palpebre aliquādo a natiuitate aliqn post. et si post hoc est pter vulnera male curata. aut pter excrescentiā carnis et sil'ia. aut fit pter inanitionē et spasmum et corrugationē. aut fit pter mollificationem lacertorum mouentiū palpebras. aut ppt spasmum de repletione in lacertis mouentib⁹ palpebras. Et si fuerit a natiuitate nō recipit curationē. Et si fuerit pter vlcera excrescētias: curetur illa prius. Et si fuerit pter inanitionē. humectet totum corpus cū cibis et balneis. et fomētet caput et oculus cū hūidis. Si autē fuerit ex mollificatiōe purget caput. deinde siccatiua ponātur et curet sicut palisis. Si aūt supueniat pter spasmū de repletione: curet sicut dictum est in spasmo de repletione. s. q purget corpus et reliqua.

De ordeolo.

Purget corpus. deinde illiniatur cū opoponaco resoluto in vino deinde si nō: curet cum diaquilō. deinde cum isto medicamine. R. fermēti. muscarū capitib⁹ ablatis laudani. mirre olibani. mirre. aā. cōficient cū fece olei d lilio: et ordeolo applicet. vide ad 68

De carnositate in palpebris.

Consumat cum isto medicamine. R. aloe memite. sarcocol. nutrite litargir. aā. ℈. ij. floris eris. ℈. ʃ. cōficiant cū succo celidonie. Si autem ex his nō curatur: ad manū cirurgicā recurram⁹. abscindat igit quicquid est pter naturā. et postea appōat sal et ciminū masticatū. deinde pān⁹ subtilis. postea emplet tot⁹ oculus cū stupis intinctis in albumine ouorū.

De pruritu palpebrarum.

In primis fiat flōia. et purget fm exigentiā humoris peccātis. et fiant vētose in collo. Et si prurit⁹ fuerit cū rubore in principio apponat istud medicamē. R. suac. se. portul. lētiū excorticata rū. aā. ℈. i. pulverizent et cōficiātur cum oleo ro. et albumie ouorum. et si antiquat fiat sicut dictū est supi⁹ cap'lo de scabie. Et si pruritus fuerit sine rubore curet cū sarcocol nutrita et suc. celidonie.

De vlceribus palpebrarum.

In primis decoquātur lētes: et cortes malorum gra. in vino albo debili. et abluet vlcus. deinde apponat colliriū de vitello oui. et croco. et olibano. et si est ibi sanies abluat cū aqua salsa.

De pinguedine in palpebra.

In primis illiniat palpebra cum medicamie facto d aloe, et acacia

croco ꝛ aceto. Et si ex his nō curet: ad ma nū cirurgicā recurram⁹. fiat igr̄ icisio mo dica in palpebra vt pinguedo fluat ꝛ pau latine hinc inde cōprimat̄ donec pingue do exiuerit: ꝛ tūc pann⁹ intinct⁹ in aceto ꝛ aqua salsa desuper apponat̄.

De apostemate duro in palpebra.

Aliquādo accidit apostema durū rubeū in palpebra ꝛ postea deni gratur ꝛ ē turpis aspect⁹. mūdificet̄ cor pus cū flōia ꝛ farmacia. ꝛ repcutiat̄ mā cū acacia ꝛ bolo armenico: ꝛ succo plāta ginis. deinde abluat̄ cū aqua ꝛ aceto. de inde malaxetur cera cū oleo de camomil la ꝛ desuper apponatur.

De tumore palpebrarū.

Inflantur palpebre. aliqñ ꝓpter causas extrīsecas. aliquādo ꝓpt̄ intrinsecas. sicut est ꝓpt̄ pūcturā aranee ꝛ siīum. aut ꝓpter ruthaꝫ ꝛ allia ꝛ siīa. Si ꝓpter causas intrinsecas: sicut sūt vi gilie. aut nimi⁹ somn⁹. aut ydropisis: aut cacochima: aut subeth. ꝛ siīa. Si igr̄ fue rit ꝓpter causas intrinsecas curent̄ illa sicut oportet. Et si fuerit ꝓpter pūcturā aīaliuꝫ venenosoꝝ apponat̄ desup tyria ca. cū sale gēme. Et si fuerit ꝓpter ruthā ꝛ allia ꝛ similia calida. pponat̄ oleuꝫ ro. cū albumine oui.

De verucis in palpebra.

Si veruca palpebre. ꝓgat ad duri cieꝫ ꝛ siccitatē purget̄ melīa. ꝛ si ad ruborē ꝛ hūiditateꝫ fiat flōia. deinde remoueatur cū lacte ficcus pastato cū fa rina tritici. vel cū lacte titimalli mixto cū farina ordei. vel cōstringat̄ cū pilo eqno vl̄ abscindat̄ deinde locus cauterizetur.

De difficultate claudēdi ꝛ aperiendi palpebram.

Si cā est mālis purget̄ corp⁹ ꝑm exigentiaꝫ hūoris. ꝛ si mā est ca. soluat̄ cū volubili. deinde spongia intin cta in aq̄ ca. freqūeter sup oculū appona tur. vel iponat̄ albumē oui cū oleo ro. vl̄ assungia galline cū mucillagīe seminis li ni ꝛ oleo ro.

De casu piloꝝ palpebrarum.

Si ex defectu mē hūectet̄ corp⁹ ꝛ caput ꝛ oculus. ꝛ calida attra ctiua oculus iponat̄. Si aūt fuerit ex hu more malo ꝛ corrūpēte radicē piloꝝ pur get̄ corpus ꝑꝫ exigentiā hūoris. ꝛ si fue rit ibi rubedo illiniat̄ cuꝫ malognato co cto cū totalitate sua. Et si fuerit ex grossi cie palpebre aut hūoris inungat̄ loc⁹ cū isto medicamine. ℞. spicanardi. stercoris muris. laudani. ossiuꝫ dactilloꝝ vstorum stercoris hirundinis. aā. ℈. i. cōficiantur cū melle.

De pilis additis ꝛ iuersis ī palpebra.

Euellatur pillus addit⁹ aut iuer sus in palpebra. deinde vngatur locus cū sanguine rane. aut pediculi. aut catuli canis. aut fiat cū ouis formicaꝝ cō tritis. aut cū rubigīe ferri ꝛ saliua. aut cū isto. ℞. psilliū ꝛ fiat mucillago ꝛ exprima tur. Deinde. ℞. spumā maris salis armo niaci. vngule asini aduste. misceātur ista cū aceto fortissimo ꝛ mucillagine dcō: ꝛ il liniat̄ locus. ꝛ si nō sic curet̄ canterizetur loc⁹. ꝛ postea inūgat̄ loc⁹ cū albumīe oui ꝛ oleo ro. Aliq̄ eiꝫ accipiūt pilū iuersum ꝛ ponūt in foramine ac⁹: ꝛ deinde ꝑforā do palpebrā reducūt ad ordinē nālem.

De pediculis palpebrarum.

In primis igit̄ purget̄ caput cum yerapig̃. deīde fomētet̄ palpebra cū aq̄ decoctiōis blete. staphisagrie. salis piretri. ꝛ sulphur̄. deide inūgat̄ cū isto vn guēto. ℞. salis armōiaci. aloe. sucotrini. alu mis. staphisagrie. ꝯficiat̄ cū aceto squill̄.

Capl̄m. viij. de passionib⁹ auriū.

Instrumentum au dit⁹ est cōpositū ex osse pe troso ꝛ neruo expāso: ꝛ ner uo obtico concauo. ꝛ aere quieto. ꝛ ex di uerticulis ꝛ circūuolutionib⁹ anfractuo sis in foramīe. ꝛ cartillagine exteriori ap parēte circa foramē ad modū ostraceoꝝ. Intelligendū est ꝙ cū aer cōquiet⁹ q̄ est nālis in neruo cōcauo mouet̄ ꝓpter aerē exteriorē tūc fit audit⁹. Auditui tn̄ veniūt tria accidētia sicut ꝛ aliīs sensib⁹ ꝑꝫ Gal. 4°. de morbo. qm̄ aut auferet̄. aut minora tur. aut corrūpit̄. Aufert̄ qñ nihil audit sicut in surditate. Minorat̄ qñ nō audit nisi clamet̄. Corrumpit̄ qñ audit sonos strepitus ꝛ sibillos ꝛ siīa intra aurē.

Cause. Nocumentū audit⁹ aut pro uenit a natiuitate: aut p⁹. si post aut ꝑ viā crisis. aut sine crisi. aut est

ab int⁹. aut ē ab extra. ¶ Si ab extra sic ca
sus obuiatio tonitruū. puluis. pulices. et
silr̃a. ¶ Si ab int⁹ aut ē pp nocumētū in in
strumēto audit⁹. aut pp ꝯpassionē aliquo
rū mēbroꝝ. ¶ Si ꝓpt᷑ alia mēbra: sicut sūt
passiones capitis. aut dētiū. aut retentio
fluxus ⁊ silr̃a. ¶ Si ꝓpter instr̃m audit⁹ h̾
ē aut pp spūm q̄ ꝓuenit a cerebro p ner-
uū obticū. aut pp neruū expāsum. aut pp
nocumentū qd̾ est ī foramine. ¶ Si pp spi
ritū aut h̾ est rōne quātitatis diminute.
aut rōne sue male q̄litatis. aut qꝛ nimis
ca. aut frigid⁹. aut grossus ⁊ ita de alijs:
¶ Si pp neruū ⁊ ossa h̾ est pp tria. aut ꝓpt᷑
malā ꝯplexionē calidā. frigidā. siccā. ⁊ hu
midā. simplicē. aut cōpositā. cū mā aut si
ne mā. aut ꝓpter morbū officialē sicut ē
duricies. apostema. opilatio nerui obtici
aut pp morbū cōez. sicut ē solutio ꝯtinui-
tatis. ¶ Si āt fuerit in foramine ⁊ locis vi
cinis: h̾ est pp tria sicut dictū est. ¶ Si pp
malā cōplexionē aut ꝓpt᷑ morbos offici
ales: sicut est opilatio facta pp saniē. aut
sanguinē aut humorē. aut verrucam. aut
carnē additā. aut pp vermes aut aposte-
ma. ⁊ silr̃a. ¶ Si ꝓpter morbū cōem sicut
est solutio continuitatis.

¶ **Signa.** Si ꝓueniat nocumentū na
tura vel a causis primitiuis
vel ab egritudinib⁹ capitis. vel alioꝝ mē
broꝝ. vel si fuerit ꝓpter crisiz. ista sunt sa
tis manifesta volēti cōsiderare. ¶ Si autē
fuerit ꝓpter nocumēta q̄ sunt in foramīe
ponatur in loco luminoso ⁊ erit manife-
stum. ¶ Si autē fuerit ꝓpter nocumēta in-
trinseca in neruo ⁊ osse ⁊ alijs vbi ē p se
iudiciū de auditu. tūc vl̾iter si ē cū mā est
cū grauitate capitis ⁊ loci. ⁊ ꝯ̄riuz si sit si
ne mā. ¶ Secūdū signū erit: qm̄ ois discra
sia ledit᷑ a simili: ⁊ iuuatur a ꝯ̄rio. ⁊ ita po
terim⁹ deuenire in cognitionē discrasie p
iuuātia ⁊ ledētia. ¶ Intelligendū tn̄ ꝙ ple
nitudo corpis īpedit iudiciū de cōferēti-
bus ⁊ nocētib⁹ alterātib⁹. qꝛ si discrasia
est calida: ⁊ corp⁹ ē plenū: ⁊ ledit᷑ a cal̾is
rōne silr̃itudinis. ⁊ ledit᷑ a ꝯ̄rijs sicut a fri
gidis rōne cōpressionis solutionē ꝯtinu
itatis inducēdo. ⁊ ita intelligo de fridis.
¶ In corpib⁹ igr̃ plectoricis multū fit lesio
in silr̃ib⁹ ⁊ ꝯ̄rijs. ⁊ iō multi cōiter decipiū
tur. ¶ Si igr̃ discrasia fuerit ca. sentit᷑ color
⁊ dolor: ⁊ ledit᷑ a calidis. ¶ Si āt fuerit ma
la cōplexio frida: sentit᷑ fritas ab interi⁹
⁊ ledit᷑ a fridis. ⁊ iuuat᷑ a cal̾is mā mino-
rata. qꝛ ī corpore pleno fit dissolutio mē
⁊ ita nocumētum mai⁹. ¶ Si aūt a cā sicca
adsunt vigilie: ⁊ vtplurimū leuitas capi-
tis. ¶ Si aūt fuerit ab hūiditate tūc tumor
in facie. ⁊ de facili incurrūt in reuma ⁊ cū
grauitate. ¶ Et si fuerit ex apostemate: ē sp
dolor magn⁹ ⁊ pulsatio est febris saltiz ef
fimera. ¶ Et si fuerit ex vlcere: est ibi pūctu
ra: mordicatio. ⁊ dolor. ¶ Et si ex vermib⁹
est ibi dolor circūuolutiu⁹ vertiginosus.
¶ Expimentū aūt vtrū fuerit ibi hūiditas
aquosa saniosa. accipe spōgiā ⁊ calefaci-
as igni ⁊ pānus line⁹ duplicat⁹ calidus
supponat᷑ spongie ⁊ applicet᷑ auri: ⁊ dor
miat desup. ⁊ demane inueniet panū ma
culatū. ⁊ si nō: ꝓculdubio nō ē passio au-
ris ex hūiditate nec sanie nec aquositate
ex alijs enim est.

¶ **Pronostica.** Surditas autez nō
curatur. ¶ Surditas
antiqua ē dispata: ⁊ appellat᷑ antiq̄ta p⁹
ꝙ̄ trāsiuit duos annos. ¶ Surditas ex so
lutione cōtinuitatis neruoꝝ audit⁹ inte-
rius est incurrabilis. ¶ Surditas q̄ modo
crescit ⁊ modo minuit᷑ est remediabilis.
¶ Surditas ab apostemate duro est incu-
rabilis.

¶ **Cura.** Circa curationē cadūt nouez
canones. ¶ Prim⁹. s. ꝙ nihil in
aurib⁹ apponat᷑ multū calidū: nec multū
frigidū. sed tepidū vel tēperatū. ¶ Secun
dus canō est ꝙ medicamē nō stet ī aure
vltra tres horas. ¶ Terti⁹ canon est ꝙ an-
teꝙ̄ scd̾z medicam̄ apponat᷑ ꝙ primū ex
pellat᷑. vt iacēdo supra illā aurē vbi ē pas
sio. ⁊ cū h̾ cū instr̃o mūdet᷑ foramē auris
⁊ cū tussiēdo. mūgēdo. screādo. sternutā
do. ¶ Quarta regula ꝙ medicamina q̄ po
nunt᷑ in aurib⁹ sint liquida: vt meli⁹ pos-
sint penetrare ⁊ silr̃ veloci⁹ exire. ¶ Quin
ta regula ꝙ ea q̄ ponūtur in aurib⁹ sint ī
parua quātitate. ¶ Sext⁹ canon ꝙ qn̄ me
dicamē est īpositū ꝙ iaceat supra ptē sa-
nā. ¶ Septima regula ꝙ nihil apponat᷑ in
aurib⁹ nisi corp⁹ esset mūdificatū. ¶ Octa
ua regula ꝙ si pōt fieri curatio cū fomen
tationib⁹ ⁊ empl̾is ꝙ fiat. ⁊ elōgim⁹ inie
ctionē ꝙ̄tū possum⁹. qm̄ ꝙ īgredit᷑ postꝙ̄

fecerit opatione suā nocet nisi diligētissime mūdet auris vt dictū est. Bona regula est φ si hūores sunt subtiles mediocrit̄ ⁊ nulta opilatio est in corpe: euacuare possum⁹ sine digestione: q: mā erit satis obediēs. Si āt mā sit grossa ⁊ corp⁹ opilatū: tūc digestiua p̄cedere debent. Curatio pticularis erit ista. si cā est ca. ⁊ corp⁹ plenū: fiat flōia de cephalica. ⁊ purgetur caput cū electuario de succo ro. ⁊ fomētetur auris cū aq̄ decoctiōis rosaꝝ. salicis nenuphar̄. lactuc̄. maurelle. s. φ fum⁹ recipiat̄ p aures. vel vt φ lana vel tela intingat̄ in oleo ro. nenuphar̄. ⁊ in oleo de salicib⁹. ⁊ in oleo d̄ camomill̄. ⁊ ab extra supra aurē applicent̄. Ultio possunt predicta olea instillari cū lacte iuxta canones datos. Si aūt mā fuerit frīda: tūc digeratur materia cū vtraq̄ saluia ⁊ vtroq̄ calamēto ⁊ raphano. ⁊ fiat sirup⁹ cū melle ⁊ aceto: ⁊ purget̄ cū yeralogodion ⁊ yerap̄. vel cū istis pilul̄. ℞. aloe. turbith. cortic̄ mirabul̄ chebul̄. bn̄ gumosorū. an̄. ʒ. iij. ℈i. anisi. liquir̄. mund̄. bdellij. pulpe coll̄. an̄. ℈. ij. cōficiant̄ cū oxill̄. squill̄. ⁊ fiant pill̄e. ⁊ dētur. ʒ. ij. vel. iij. iuxta ꝯueniētiā pticulariū. postea recipiat fumū istarū reꝝ. ℞. baccaꝝ lauri ⁊ folioꝝ ei⁹. ruthe. spicanar̄. anisi. maratri. cētauree. raphāi. an̄. ʒ. ij. ꝯquassant̄ ⁊ bulliāt in vino albo. ⁊ fumus recipiat̄. ⁊ vltimo distillet̄ balsam⁹ ⁊ fel ancipitris ⁊ aqua raphani distillata

Intelligendū φ mēlia q̄ valēt in surditate ⁊ in passionib⁹ auriū de cā frigida hic subscribētur. ꝓtanto q: cā frīda frequēt⁹ aduenit. ⁊ cū habēt mēlib⁹ scitis formaꝫ opandi pticularē industrie medici relinq̄mus. s. φ operet̄ cū istis materialib⁹ vel cū vno vel cū multis: vel abintus: vel ab extra. vel p modū suffumigationum. vel empl̄orum. vel oleoꝝ. vel vinoꝝ. vel vnguētoꝝ applicatoꝝ. vel p se. vel cuꝫ cera. vel lana: vel spongia. vel tēta. ⁊ ita de oibus alijs. Materialia aūt sunt ista. vinū al. acetū al. oleū cōe. lac mulierꝭ. fella auium viuētiū de rapina. aq̄ raphani distillata. balsam⁹. castoreū. ell̄us al. calamētū coloquintid̄. radic̄. cucumeris asinini. celidonia. rutha. storax. calamita. camomilla. folia lauri. centaurea. euforbium. aloe. mirra. nitrū. absinthiū. sinap̄. oleū sisaminū. iuniperiū. ⁊ ꝯsimilia multa. Uermes autē interficiuntur sic. ℞. aloe. mirre. suc. absinthij. oleū amigd̄. amaꝝ. aceti fortissimi. misceantur ⁊ aurib⁹ instilletur.

Clarificatio. Intelligendum φ licet ell̄us multas habeat ꝓprietates ⁊ violētas: sic̄ pꝫ intuēti. virtutes eius nihilomin⁹ in parua q̄ntitate administratū pōt cōpetere in passionib⁹ auriū. ⁊ lꝫ nō cōpetat ex certis virtutib⁹ ex primis cōpetit. qm̄ fortiter calefacit penetrat ⁊ desiccat ⁊ cōsumit residuum materie. ⁊ id̄ nō cōpetit nisi in corpe mūdificato. Aliter igit̄ opatur in stomaco in corpore pleno. ⁊ aliter in foramine auris corpore mūdificato. ⁊ aliter etiam in corporib⁹ exteriorib⁹: sicut in piscib⁹ cū ponit̄ in vinario. ⁊ in muscis. ⁊ in nucibus cū ponit̄ in semento. Si igitur apponatur in pas. auriuꝫ cū bona cōueniētia particulariū nō nocet sed iuuat: licet oēs sue virtutes sint excedētes. tum quia ab extra. tuꝫ quia in pua quātitate appositum. ⁊ quia parum moratur.

Capitulum. viij. de tinnitu ⁊ sibillo.

Tinnit⁹ ē corruptio audit⁹: sicut apparitio muscarum. piloꝝ. ⁊ cimicū est corruptio visus. vn̄ sicut audit⁹ naturalis fit cū aer inundādo mouet aerē intrinsecuꝫ cōquietum. ita tinnitas fit cū ventositas ⁊ vapor cōmouet violēter aerē intrinsecum quietū. ⁊ ƒm diuersitatē vaporis diuerse fiūt corruptiones in auditu. Aliqn̄ apparet φ sit ille tinnit⁹ qui apparet p⁹ pulsationem campane. Aliquando apparet patienti φ sit pluuia magna. aliqn̄ φ sit sicut sonus molendini. aliquādo φ sit fragor arborum. aliquando φ sit sicut mustū bulliēs in doleo in nouitate vinorū. Tinnit⁹ igit̄ ē corruptio audit⁹ pp vaporē vētosuꝫ agitantē p modū inūdationū violēter aerē interi⁹ conquietum.

Cause. Causa eīm tinnit⁹ aut est exterior aut interior. Si exterior tunc est omne illud quod commouet aerem violenter ⁊ cum impetu. sicut est vomitus. cursus. labor. circumuolutio. crapula. ebrietas. multiplicatio ciborum

indigestibiliũ. casus. fames. angustia ⁊ si milia. ¶ Si causa sit intrinseca tunc est aut priuata. aut remota. sicut est crisis. aut re pletio capitis. aut vapores ascẽdẽtes a stomaco: aut a toto corpore. ¶ Si priuata aut est ꝓpter acuitatẽ sensus q꞉ spũs est siccus. aut ꝓpter debilitatẽ capitis ⁊ cor poris. aut ꝓpter vaporẽ grossuȝ vẽtosuȝ q̇ ꝑ modũ inundationis ꝑcutit aerem.

Signa. ¶ Cause primitiue satis patẽt iudicio patiẽtis. ¶ Si sint cau se remote tinit⁹ est cũ interpolatione. ¶ Et si causa est priuata seu cõiuncta cõtinue venit. ¶ Et si est ex acumine sensus: tũc p⁹ cibũ minoratur ⁊ ante magnificaꝛ. ¶ Et est notandũ q̄m licet tinnitus veniat ꝓpter vapores ascẽdẽtes a stomaco: nihilomi nus post cibũ minoraꝛ. ⁊ iõ credũt multi tẽ ꝙ illa passio capitis aut auriũ aut ocu lorũ fit ꝓpter inanitionẽ postꝙ̃ remedia tur cibus assumptus. hoc ãt fit q꞉ cibus cõprimit vapores. ⁊ iõ postꝙ̃ cib⁹ icipit ebullire: passio est peior ꝙ̃ ante. ⁊ si esset ex inanitione nõ fieret. ¶ Si aũt ex debili tate hoc est ꝓpter aliquã de malis cõple xionibus: q꞉ egritudines lõge ꝓ̄cesserunt malã cõplexionem inducẽtes. ¶ Si est ex vẽtositate sentitur ascensus ⁊ descẽsus: si cut cũ mustũ bulliꝛ. ⁊ si vẽtositas vergat ad humiditateȝ videꝛ pluuia. ¶ Et si ṽgat ad grossiciẽ videꝛ sonus molẽdini. ¶ Et si vergat ad siccitatẽ vergit ad sonuȝ arbo rum cum fragantur.

Pronostica. ¶ Ista enim sunt ꝑuia ad surditateȝ: ⁊ si di turnantur non curantur.

Cura. ¶ Si cã ẽ primitiua defacili cu rabiꝛ illa remota. nisi corpus esset ad ħ valde apparatũ. ¶ Et si fuerit ꝓ pter acumẽ sensus. tũc instilleꝛ in aurẽ ca storeũ. granũ pini cũ aceto mixtũ. ¶ Si ãt fuerit mãlis. purgeꝛ corp⁹ sed paulatine ¶ Et est intelligẽdũ ꝙ medicamina debẽt mutari nõ quo ad virtutẽ sed q̊ ad spẽm ⁊ ad moduȝ. q̄m de ꝓprietate medicami num est ꝙ iuuẽt vnũ mẽbrũ ⁊ nõ aliud. ⁊ iuuabũt istũ ⁊ nõ aliũ. ⁊ iuuabũt vnuȝ in vno tpe ⁊ nõ in alio. ⁊ hoc ẽ mirabile. ⁊ forte facit hoc varietas ꝓprietatis trine acquisite ex orbe. ¶ Digeraꝛ igitur materia cũ oxill'. diureꝛ. ⁊ purgeꝛ cũ yerap̄. acua ta cũ euforbio. aut purgeꝛ cuȝ yeralogo dion acuata cũ pulpa coll'. sȝ exhibeanꝛ in ꝑua quãtitate iuxta cõuenientiã ꝑticu larium. postea fiant capipurgia. deinde suffumigationes. ⁊ postea inũctiones. ⁊ vltimo cauteria. ¶ Uitenꝛ balnea ⁊ fomen tationes: q̄m cõmouent mãm. ⁊ si cõpe tant ħ est in ꝺclinatõe corꝑe mũdificato ¶ Mãlia aũt ex q̇b⁹ fit suffumigatio aut i iectio aut stupha: sunt ista ell'us al. eufor biũ. castoreũ. spicanar. spica celtica. cala mus aromatic⁹. rutha. calamentũ. anisuȝ maratꝝ. bacce lauri. folia lauri. succ⁹ por ri. suc. cepe. ¶ Oleũ mustellinũ. oleũ ꝺ lilio oleũ costinũ. ⁊ de rutha. ⁊ castoreo. oleuȝ laurinũ. anetinum. oleũ amigꝺ. amaꝝ. ole um nardinum. ¶ Aqua raphani distillata. vinum album purum.

Clarificatio. Intelligenduȝ quo niam q̇cquid dicãt auctores melius est dimittere narcotica hoc in casu ꝙ̃ apponere. ⁊ si cõtingat ap ponere ꝙ calor sit magn⁹. ⁊ ꝙ narcotica apponantur in ꝑua quãtitate. ⁊ ꝙ essent bene repssa cũ castoreo ⁊ croco: ⁊ ꝙ paꝝ moreꝛ. ¶ Iudicio tñ meo sufficit qꝺ dictũ ẽ in acuitate sensus. s. castoreũ. g̃nũ pini ⁊ acetũ: cũ oĩa instr̃a audit⁹ sint frĩda ner uosa ossuosa. ¶ Scꝺo notandũ circa mãm ꝑ̄cedentẽ ⁊ subsequentẽ. ꝙ hõ hȝ ꝯplexi onem magis tẽꝑatam inter oĩa aĩalia. et iõ oĩa excedit in sensu tact⁹. ¶ In aliis aũt sensib⁹ excediꝛ. iuxta illud. Nos aper au ditu. linix visu. simia gustu. vultur odora tu ꝑ̄cellit. aranea tactu. ¶ Et ẽ aduertendũ de aranea nõ excedit hoĩem i sensu tact⁹ ꝙ meli⁹ sentiat. ħ enim hȝ hõ solus ⁊ ex tẽꝑamento sue ꝯplexionis. ¶ Sȝ aranea excedit hoĩem ꝙ̃tũ ad ordinationem sue texture seu tele. ¶ Tertio intelligẽdũ ꝙ sur di a natura sũt muti. q꞉ loq̇lla nõ ĩest no bis añ sȝ ab inq̇sitiõe. ⁊ iõ diciꝛ ꝙ audit⁹ ẽ porta ĩtellect⁹. ⁊ ꝓpter ħ ṽsificator dic. ¶ Quicq̇d roma legit quicquid studuistis athenis. ¶ Quicquid ad elenchos arguto disputat ore. ¶ Gallus ⁊ in modica iactitat arte lingua. ¶ Quicquid artes diurno pe ctore sentit. ¶ Cessit ab auditu docilis pru densq꞉ perisset. ¶ Littera si surdis auribus esset homo. ¶ Quarto aduertendum quoniaȝ licet dictum sit ꝙ surditas natu

A debilitatẽ et sonitum aurium. Rx castorei ʒ.j. [illegible] ʒ.j. [illegible] et ex illa [illegible] in aures

Pronostica. Quã in fe. acutis nullo pũte odorabili videtur patiẽti φ sentiat odorẽ fetidũ corruptũ ad modũ pisciuꝫ corruptoꝝ vel aliorũ huiusmodi. signuꝫ est pessimum et mortale.

Cura. Si fuerit ex pulmõe aut a stomaco aut a gingiuis: curentur illa sicut oꝫ. sicut dicet in suis locis. Et si fuerit ex capite cum arsura cã est calida. si cũ frigiditate ⁊ sine mordicatiõe: tunc est frigida. Et si fuerit cũ grauitate ẽ ibi materia peccãs. ⁊ si cũ leuitate: tũc est ex mala cõplexione sine mã. Ponam⁹ igr̃ φ fetor nariũ sit ex mala ꝯplexiõe ca. corpore pleno ⁊ virtute forti. tũc fiat flõia ꝺ cephalica. ⁊ postea fiant ventose in collo. ⁊ p⁹ea fiat flõia ꝺ vena que ẽ ĩ capite nariũ ⁊ postea purget corp⁹. deinde fiant cauteria ⁊ in capite sub mẽtone. Processus igr̃ sit talis. suffumiget corp⁹ in cã cal'a cũ aqua decoctiõis roſ. viol'. nenuphar̃. sandal'. cãphor̃. camomille. ⁊ vtar̃ sirupo ro. ⁊ viol'. ⁊ oxizacc̃. Deinde purget caput cũ oxilaxatiuo. ⁊ ell'rio de succo ro. ⁊ yeraruffi. deinde iniciat in nariuꝫ oleum ro. oleũ viol'. cũ cãphora. Et intelligim⁹ φ dieta cõcomitet sicut oportet. In causa ãt frigida odoret aquã decoctiõis mẽte: ⁊ absinthij: maiorane: basilicõis. ⁊ vtatur oxill' diuret. ⁊ puget cũ yerapig̃. ⁊ yeralogodiõ. Et iniciat in narib⁹ oleũ costinũ. laurinũ. mustellinũ. ⁊ fiant sternutatõnes cũ ell'o. pipere et castoreo. Si autem fuerit ex opilatiõib⁹ carũculaꝝ: insufletur in narib⁹ puluis nigelle: ⁊ bulliat nigella ĩ aceto sqill'. ⁊ ꝑ nares fortir̃ attrahat. Si ãt fuerit ꝑꝑ alias excrescẽtias: manu cirurgica abscindat. deinde ꝓiciat puluis aluminis. nitri. litargir̃. mirre. vel bulliãt ista in aceto ⁊ lichinũ seu tenta intingat ⁊ in naribus applicet. Et si fuerit pustula humida vnguat cũ isto vnguẽto. ℞. litargiri. ceruse. catimie galle. ãn. ʒ. x. aluminis. nitri. ãn. ʒ. ʒ. cõficiant cuꝫ oleo de camomilla ⁊ cera φ sufficit. Et si pustula fuerit sicca inungat cũ isto vnguẽto. ℞. medulle vituli. gumi arabici. draganti. olẽi sisamini. cere φ sufficit. ⁊ fiat vnguẽtum. et possunt excrescẽtie remoueri cũ auripigmẽto ru. ⁊ vitriolo. ⁊ sale armenico. vl' φ cauterizet loc⁹. Si aũt nullo mõ possit fetor remoueri saltiꝫ palliet. ℞. maiorane basiliconis. gariofil'. nucis muſ. cinamõi ligni aloe. storacis. calamite. ãbre. ʒ. ij. musci. ℈. ʒ. ꝯficiant cũ aqua ro. optima ⁊ fiant pill'e parue. ⁊ quolibet mane trãsglutiat duas integras. ⁊ duas teneat in ore ⁊ aromatizabũt anhelitũ: ita φ null⁹ percipiet. qm̃ si medic⁹ talia pateret valde esset ignominiosuꝫ: ⁊ potissime qñ cũ nobilibus cõuersatur.

Clarificatio. Intelligendũ φ materia fetida corrupta existẽs in cerebro põt inducere fetorẽ anhelit⁹. ⁊ tñ relique partes corpis non patiunt ꝓ tãto q: natura mittit ad vnaꝫ partẽ aliqñ ⁊ nõ ad aliã. Aliqñ etiã vna pars parata est recipere materiã ⁊ nõ aliã. ⁊ ita ex vna materia possunt diuersi effectus generari ꝭm diuersitatẽ materie. Secũdo intelligendũ φ obiecta aliorum sensuum nõ ĩmutãt sensuꝫ tactus: sed obiectuꝫ sensus tact⁹ ĩmutat oẽs sensus ꝓ tanto φ sensus tact⁹ cõis ẽ oib⁹ sensib⁹. Tertio intelligendũ φ ĩmutatio odorat⁹ põt eẽ signũ morbi seu morbus seu accidens morbi. qm̃ si ꝑ ĩmutationẽ intelligamus caliditatẽ ledentẽ sic ẽ morb⁹. si qualitatẽ lesaꝫ sic est accidẽs. ⁊ si accidẽs ẽ signuꝫ. qm̃ qꝺ accidit patiẽti signũ ẽ medico. q̃reᵛnũ ⁊ idẽ ꝭꝫ diuersos respect⁹ pt eẽ morb⁹ ⁊ accidẽs ⁊ signũ. ita de alijs possum⁹ intelligere.

Capitulũ. xvi. de reumate ⁊ corriza.

Reuma est fluxus humoruꝫ a capite ad partes subiectas. Reumatis aũt tres spẽs ab auctorib⁹ distinguũt. corriza brancus ⁊ catarr⁹. Corriza qñ vadit ad nares: brãcus qñ vadit ad fauces. catarr⁹ qñ venit ad pect⁹. Reuma aũt põt esse gen⁹. ⁊ iꝺ dicitur reuma quasi ruẽs mã. Reuma autẽ negligi nõ dꝫ: q: forte est mater oĩꝫ egritudinũ. qꝺ patꝫ q: si fluat ad aures causabit surditatẽ aut tinitũ. si ad oculos calliginẽ. si ad nares fetorẽ aut polipũ. si ad linguã palisim. si ad guttur squinantiam. si ad pect⁹ ptisim aut pleuresim. si ad stomacũ fastidiũ aut vomitũ: si ad intestina fluxuꝫ ventris. si ad iũcturas artericã

τ ita de aliis oib⁹ mēbris subiectis: p̄ter
q̄ de splene. qm̄ splen nō apostemat̄ nec
opilat̄ pp̄ reuma. qm̄ passiones splenis
fiunt de materia grossa. mā aūt reumatis
est subtil': aliter non rueret. Licet igit̄ vul
gariter loquēdo ex reumate null⁹ planga
tur: nihilomin⁹ citissime sunt remediandi
cū oīa mēbra subiecta debilia ad egritu-
dines .p̄ximas sunt parata. Succurēdū
igit̄ est ita velocit̄ q̄ ēt medicine laxatiue
possunt dari sine digestiōe materie τ po
tissime si flueret ad pect⁹.

Cause. Reuma eñi aut .p̄uenit ab ex
terioꝛib⁹: aut ab interioꝛib⁹.
Si ab exterioꝛib⁹ sicut est vent⁹ septētri
onalis veniens post meridionalē. τ sicut
est caloꝛ nimi⁹. aut frig⁹. aut insuflatio vē
toꝝ. aut somn⁹ post nimiā repletionem: τ
potissime somn⁹ diuturn⁹. τ odoꝛ rerum
foꝛtis odoꝛis. sicut est liliuȝ. mētastrū. mu
scus. τ similia. τ comestio reꝝ vapoꝛosaꝝ
sicut sunt cepe τ allia. vinū foꝛte. crapula
τ ebꝛietas. balneū. τ stōia. τ breuiter oīa
q̄ dissoluūt vapoꝛes in capite. aut p̄ mo-
dū ꝯpositionis. aut p̄ modū dissolutiōis
Si abint⁹ hoc ē pp̄ humoꝛes in cerebꝛo
abundantes: siue sint calida siue frigida.
vel fit .p̄pter vapoꝛes a stomaco τ toto
coꝛp̄e ascendētes ad caput.

Signa. Si sint humoꝛes ca. tunc ca
put tactu calidū inuenit̄. fa-
cies rubea aut citrina: pūctura τ moꝛdica
tio. ablatio appetit⁹ cibi satis τ sitia. Et
si cā fuerit frigida: signa sūt ꝯria: τ ista cā
frequētius venit.

Pronostica. Ypo. branci τ coꝛri-
ze in valde senibus
nō maturant̄: vel cū magna difficl'tate re
mediant̄. qui eñi habēt caput calidū τ p̄
tes inferioꝛes frigidas: raro sunt sine ca
tarro. τ ecōuerso qui eñi caput frigidum
τ coꝛ calidū habēt: multi vapoꝛes ascen-
dunt qui ī cerebꝛo frigido digeri nō pos
sunt. τ qn̄ cerebꝛū ē calidū fit attractatio
multa vapoꝝ. Catarrus cū doloꝛe capi-
tis de difficili curat̄. q2 caput videt̄ debi-
le naturaliter. In autūno frequēti⁹ veni-
unt catarri q̄ ī alio tēp̄e anni. reumatici
splenetici nō fiunt. reumatici ad om̄e ma
lum sunt parati.

Cura. Cū cōis in oī catarro seu reu-
mate est. q̄ si fluat materia ad mēbꝛū no-
bile: q̄ euacuetur materia digestionē nō
expectādo. cū pilul' aureis. aut cochiis.
paruitas cibi τ pot⁹ cōpetūt: τ vigilie mł
te. τ q̄ nō doꝛmiāt de die. τ q̄ nō vtātur
balneis nec fomētationib⁹ nec ablutioni
bus nec vtant̄ exercitio foꝛti. teneat̄ ven
ter laxus. famem τ sitim patiant̄ quantū
poterūt. Curatio paticulai̇s est hec.
si reuma fuerit de cā ca. τ coꝛp⁹ ē plectoꝛi
cū τ currat materia v̄sus interioꝛa: fiat fle
botomia. deinde digerat̄ mā p̄ hunc mo
dum. ℞. sumitatū papauēis. rosaꝝ. lactuc̄
an̄. ℥ ii. candi. penidii. an̄. ℥. i. oīm sandal'.
℥. ß. oꝛdei. lib. ß. viol'. nenupħ. an̄. ℥. iii. pa-
nis zucc̄. lib. i. fiat sirup⁹ quo vtat̄ mane
τ sero. Iste eñi sirup⁹ valet in reumate ď
cā calida: τ potissime qn̄ timem⁹ q̄ mā va
dat ad pect⁹. suffumiget̄ cū aqua decocti
onis oꝛdei. viol'. roſ. sandal'. nenupħ. pa
pauer is. camomille. odoꝛet pomū factuȝ
de sandal'. τ cāphoꝛa. τ se. lactu. poꝛtul'.
sumac. τ cōficiant̄ cū aqua ro. optima. et
si sit ꝯstipat⁹ fiant suppositoꝛia aut diste
ria. τ fiant fricationes extremitatū: τ pur
get̄ cū mirabł'. citri. si mā est in stomaco.
Et si in capite purget̄ cū ell'rio de succo
ro. diapꝛunis. τ oxilaxatiuo. τ vtat̄ isto e
lectuario. ℞. diapapaueris. diapꝛunis. di
agragāti frigidi. zucari ro. facti cū rosis
siccis. an̄. ℥. iiii. misceant̄. Et inungant̄ na
res cū oleo ro. τ viol'. In declinatiōe aūt
manifesta possunt fieri stuphe aut balnea
fomētatiōes τ sil'ia. cū camomilla. τ mel-
liloto. roſ. viol'. τ oꝛdeo. τ pōt vti rubea
trociscata. suffumigatio facta ď furfure et
aceto multū valet. Similiter de aceto su
per lapidem molarē cādentē. Si aūt cā
fuerit frigida τ fluat ad membꝛꝝ nobile:
purget̄ cuȝ pilul' aureis τ yerapig̃. Dige
rat̄ mā cū isto sirupo: τ potissime si time-
mus fluxus reumatis ad pect⁹. ℞. radic̄.
yreos. ysopi. liquir̄. mundat̄. ad. ℥. ii. nuc̄.
cipꝛessi. masticis. thuris. an̄. ℥. i. mell' roſ.
lib. i. fiat sirup⁹. suffumiget̄ cū aqua deco
ctionis mastic̄. thuris. laudani. stoꝛacis.
calamite. camōille. mellilotí. Odoꝛet po
mum factū de stoꝛace calamita. τ ambꝛa.
gariofil'. nuc̄ cipꝛessi. nuc̄ muscat̄. mastice
thure. laudāo. τ pauco ligno aloes. τ mu
sco. τ inungant̄ nares cū oleo de mastice

saccellet caput totũ cũ milio ⁊ sale torre-
factis. Inuoluat caput cũ pãno bñ cali-
do. suffumiget sic. calefiat tegula ⁊ aspgat
vino: ⁊ post puluere nigelle. ⁊ fum⁹ reci
piat capite discooperto. vel torreffat ni-
gella ⁊ ponat in pãno ⁊ odoret. Deinde
purget caput cũ yerapig. o a quib⁹ vtit
sint acuta. In declinatiõe aũt fomẽtetur
aut balneet. ⁊ ita de alĳs cũ aqua decocti
onis camomille. melliloti. anthos. mente
ruthe. calamẽti ⁊ similib⁹. Post aũt omĩa
si nõ curet. ℞. stercoris colũbini. gumi ru
the agrestis. picis nauallis. se. ruthe. si-
napis. añ. ʒ. i. cõficiant cũ oleo laur. ⁊ ace
to squill. ⁊ fiat empl'z ⁊ extẽdat supra alu
tam ad modũ capelline. ⁊ cooperiat cum
pãno lineo abint⁹. ⁊ sumat ⁊ tonso capi-
ti applicet. Qñ aũt oĩa deficiunt fiat cau
teriũ in cõmissura anteriori.

Clarificatio.

Diuretica nunq̃ cõpetũt in mã reuma-
tica. Intelligẽdũ circa istã materiã ꝙ pri
cipiũ reumatis seu principiũ morbi ẽ cũ
mã exit subtil' aquosa: cũ aũt icipit igros-
sari: tũc ẽ augmẽtũ. ⁊ qñ est mediocris tc
est stat⁹. ⁊ tũc mã ẽ digesta. sicut pʒ in ob
talmia ⁊ lippitudine. Si igitur natura
cũ digerit reuma incipit ingrossare tunc
cũ medic⁹ sit minister nature incipere dʒ
ab ingrossantib⁹. qm̃ si peccatũ ẽ pp sub-
tile: curatio erit cũ illis que medriocrit in
grossant. In reumate igr̃ de cã calida ap
plicent stiptica frigida cũ aliquib⁹ paucis
dissolutiuis. qm̃ dissolutiua faciunt stipti
ca penetrare. ⁊ temperant stipticationeʒ
ne nimis mã ꝯdenset. Et ita si cã ẽ frigi-
da applicent cal'a stiptica in plus ⁊ disso
lutiua in min⁹. In declinatiõe aũt corpe
mũdificato cõpetũt dissolutiua ⁊ euapo-
ratiua. qꝛ mã pauca est ⁊ ita de facili eua
porabit. Diuersa igit cõpetũt ꝼm diuer-
sitatẽ temporũ morbi. Secũdo intelli
gendũ qm̃ si reuma causaret ex multitudi
ne materie magis multiplicat in vere. et
si causet ex calore magis multiplicatur ĩ
estate. ⁊ si causet ex raritate ⁊ diuersitate
magis causat in autũno. ⁊ si ex frigidita-
te magis in hieme. ⁊ ita intelligendum ẽ
de etatib⁹ ⁊ tpib⁹ ⁊ cõsimilib⁹. Tertio
aduertendũ qm̃ licʒ dicat ꝙ in reumate
nõ cõpetat flõia: nihilomin⁹ põt cõpete
re cũ sanguis dñatur: ⁊ corp⁹ est plectori
cuʒ: ⁊ mã ruit ad interiora. ⁊ iõ competit
in squinantia ⁊ pleuresi ⁊ similib⁹: que vt
plurimũ ex reumate generant. Quarto
notandũ ꝙ somnus non competit in reu
mate: quia prouocatiu⁹ est fluxus. nisi in
declinatione et corpore mundificato. sed
vigilie magis competũt vt fiat euapora-
tio versus exteriora. nec exercitiuʒ compe
tit in principio corpore immundo existẽ-
te: quia induceret fluxum. ocium igitur cõ
petit. Et si diceretur ꝙ ocium non compe
tit. Dico ꝙ non valet: quia in proposito
ocium nõ assimilat somno: qꝛ ocium red-
dit humores quietos: ⁊ somnus fluxibi-
les ratione reuocatiõis caloris ⁊ aptio-
nis meatuuʒ. quia apertio non est motio
sed magis immobilitas ⁊ clausio. Quĩ-
to sciendum ꝙ illi qui habent caput frigi
dũ naturaliter rato sunt sine catarro. ma-
gis tamẽ ledunt a causis intrinsecis pro
pter debilitatẽ digestiue. ⁊ min⁹ a causis
extrinsecis propter clausionẽ poroꝝ. sʒ
qui habent caput calidum facilius patiũ
tur a causis extrinsecis propter apertio
nem pororum. ⁊ tardius ab extrinsecis
propter bonitatem digestiue. Ultimo
notandum ꝙ suspecti ad reumata preser
uantur si diu sudent in stupha. hoc sup-
posito ꝙ caueant postea sibi a tribus: sci
licet a vento: ⁊ a somno diurno. ⁊ a reple
tione cibi ⁊ potus. ⁊ ꝙ caput mirabiliter
exiccet: ne humiditas inter capillos re-
manẽs causet reuma. Intelligendũ etiã
ꝙ p̃seruari possumus a catarro ⁊ corriza
cũ pilul' detẽtis in ore. Et valet etiam ad
curationẽ: ⁊ ꝙ mã nõ fluat ad partes sub
iectas. ⁊ si causa fuerit calida. ℞. se. papa-
ueris al. se. portul'. se. lactu. candi. penidia
rũ. dragagãti ifusi. añ. ʒ. i. opĳ. croci. añ. ℈
i. ꝯficiant cũ sirupo mirtino. ⁊ cũ sirupo
de papauer. ⁊ fiãt pill'e. ⁊ teneãt ĩ ore ⁊ ĩ
tpe somni ⁊ ĩ tpe vigiliaꝝ. Et si cã ẽ frida
℞. storacis calamite. nuc̃ cipssi. mastic̃. thu
ris. laudani. ãbre. añ. ℈. i. liq̃rit. mũd. vua
rũ passaꝝ mũdataꝝ. abarill'. añ. ʒ. i. ⁊. ʒ. cõ
ficiant cũ ydromelle. ⁊ fiãt pillule ⁊ tene
antur in ore. Et ista duo gña pill'aꝝ erũt
nobis multũ necessaria infer⁹ ĩ passioni
bus pectoraliũ: ad p̃seruanduʒ ne mate-
ria vadat ad pectus.

Cap'lm.xvij.de fluxu sanguinis ex naribus.

Fluxus sanguinis nariū.puenit pp apertionē orificioꝝ venaꝝ que sunt ī naribꝰ.hoc aūt est pp tria. rōne mēbri.aut rōne virtutis:aut humoris. Si pp mēbꝛuꝫ:vt q꞉ nimis rarū. Si pp virtutē:vt q꞉ expulsiua fortis ꝛ cōtentiua debil'. Si ꝑpter humorē:aut q꞉ mlꝰtus:aut q꞉ acutus:aut aquosus:subtilis. ꝛ iste possunt esse cause cōes in oī eo q̄d egredit a corpore ſm Gal.viº.d morbo

Cause. Causa fluxus sanguīs nariū aut est ab intrinseco: aut ab extrinseco. Si ab extrinseco:sicut ē casus ꝛ pcussio. Si ab intus:aut cum crisi: aut sine crisi. Si cū crisi:sicut est in frenesi:aut in pleuresi:aut in apostemate splenis:aut epatis:aut sinocha:aut tertiana: aut in varriolis:ꝛ morbillis:ꝛ similibus. Si sine crisi:tunc aut.puenit a capite:aut ab epate:aut a splene,aut a matrice.et similibus.

Signa. Si venerit pp causas intrinsecas:tūc cognoscit iudicio patientis. Si ꝑpt crisim:h inducāt egritudines pcedētes. Si a capite h significatur ex dolore capitis. Et si ab aliis mēbris h significat ex dolor loci. Et si a matrice ex retētione mēstruoꝝ. Et si venerit post signa digestiōis in die cratica ꝛ paulatine:ꝛ cū alleuiatiōe patientis.ꝛ cū clarificatione faciei.tunc ē ad bonū. ꝯtraria cōtrarie. Et si fuerit cū saltu ꝯtinue: tūc ē ab arteria.ꝛ si a nare dextra tunc ab epate.ꝛ si a sinistra:a splene.ꝛ si ab vtraq꞉.ab vtroq꞉. Et si facies fuerit rubea:tūc ē a sanguine.ꝛ si citrina:tūc est a colera.ꝛ si alba verges ad liuorē:ꝛ tūc est a flegmatis aq̄sitate. Et si ex debilitate ꝯtentiue:hoc significat ex pcedentibus morbis. Et si ex fortitudine virtutis expulsiue:tūc est cuꝫ alleuiatione.ꝛ si ex mēbꝛo:q꞉ ex qualibet facili cā venit.ꝛ si ex plenitudine:pulsus ē plenꝰ:ꝛ vrina spissa ꝛ colorata. Et si ex colera est cum punctura ꝛ mordicatiōe.ꝛ ita de aliis reddēdo singl'a singlis.

Pronostica. Fluxus sanguinis q̄ puenit pp debilitatem cerebri:vix aut nunq̄ curat. Fluxus sanguinis nariū q̄ extendit se vltra quatuor libras est malꝰ.ꝛ si vltra octo est pessimus. Et si extēdit se vsq꞉ ad.xx.vel.xxiiij.vltra viuere nō pōt. Fluxus sanguīs qui ducit ad colorē pallidū:aut viridem: aut liuidū:aut fuscū:pessimꝰ est ꝛ mortal'. Fluxus ducens ad sincopim est mortalis. Fluxus cū frigiditate extremitatū ē mortalis. Ois fluxus qui venit subito ꝛ cum impetu est malꝰ. Ois fluxus cū alleuiatōne patiētis ē bonꝰ.

Cura. Nullꝰ fluxus creticꝰ est restringendꝰ:nisi nimis manifeste debilitaret virtutē. Nullꝰ fluxꝰ sinthōticꝰ ē restringendꝰ subito:sed paulatine:nisi timeremꝰ casuꝫ virtutis. Curet igitur ſm cōuenientiā causaꝝ. Si ex debilitate virtutis cōfortet. Si ex sanguine aquoso ingrosset cū calidis stipticis:siue sint cibi: siue medicine. Si ex colera purget cū mirabul' citri. In fluxu igitur narium superfluo particularibꝰ cōuenietibꝰ fiat flōia de cephalica partis opposite. Et si fiat d vtraq꞉ nare:fiat de vtroq꞉ bꝛachio. Deinde fiant ventose inter spatulas cū scarificatione.aut subtus mamillas:aut supra epar:aut supra splenē:ſm diuersitatē mēbroꝝ a quibꝰ pcedit.aut fiat flōia de saphenis in retētiōe mēstruoꝝ.hoc facto fiant fricatiōes fortes in extremitatibꝰ cū sale ꝛ aceto:fricentur testiculi ī viris:ꝛ mamille in mulieribꝰ.ꝛ infrigident cū aqua ro.ꝛ aceto ꝛ maurella ꝛ silibus.ꝛ cū hoc nō soluꝫ ista mēbꝛa:sed etiā extremitates cū aceto ꝛ oleo ro.ꝛ succo maurelle. ꝛ lactu.infrigidatis in vena aut ī puteo.ꝛ balneetur medietas corporis in aqua frigida. Postq̄ igit materia aſcedēs erit euacuata ꝛ distracta:tunc in superioribus remedia applicemꝰ. Emplastremꝰ igit frontē ꝛ timpora cū argilla pastata cū aceto ꝛ aqua rosa.ꝛ albumie ouoꝝ.vel cū bolo armenico.ꝛ sanguie dꝛa.ꝛ acacia.ꝛ ypoquistidos.ꝛ ponat in naribꝰ tenta intinta ī succo plātaginis ꝛ encausto scripto ruꝫ ꝛ sanguie dꝛa.ꝛ puluere carte ꝯbuste ꝛ testis ouoꝝ ꝯbustis. Dieta sit lentes cocte in duabꝰ aquis ꝛ excoꝛticate.nisi assuꝫ fabe asse cocte cū aliqua poꝛtione aceti. oua dura.caseꝰ recens sine sale.lac fortit

bullitū. vinū grossum. nisi ꝙ melius esset ꝙ qū administratur lac: nō administret vinū. ⁊ breuiter valēt oīa que sanguinē ingrossant: ⁊ protanto valent ea que valent in fluxu ventris. ¶ His visis intelligēdum ē ſm intentionē Auic. ꝙ quinqꝫ sūt genera medicaminū q̄ valent in curatōe fluxus sanguinis nariū. ¶ Primū genꝰ sumitur ex frigidis: sicut est opiū lactu. portul. maurella. coriandrū. cāphora acetū aqua ro. salices. nenuphar. aq̄ frida. plātago. bursa pastoris ⁊ sil'ia. ¶ Secūdū genus sumitur ex nā stipticoꝝ. sicut sūt acacia. galla. sumac. berberis. psidia. balaustia. granū rose. ⁊ pes eiꝰ. ypoquistidos. se. citonioꝝ. bolus armenicus. terra sigillata. chimolea. sanguis dra. ⁊ fructꝰ ⁊ extremitates oīum arboꝝ stipticaꝝ. sic sūt pira. sorbe. corna. mespila. citonia. ⁊ ita de alijs. ¶ Tertiū genꝰ sumit ex nā cōglutinatiuorū sicut est olibanū. dragagantum gumi arabic. farina volatilis molendini. farina siliginis. albumē oui. ⁊ multa similia. ¶ Quartū genꝰ sumit ex natura cauterizantiū. sicut sunt atramentū. vitriolū. arsenicū. sal armoniacū. succus pori. ⁊ sil'ia ¶ Quintū genꝰ sumit ex his q̄ operant ex tertijs virtutibꝰ. sicut sunt stercus porcinū recēs si odoret. ⁊ similiter stercꝰ asininū ¶ Et quedā sunt q̄ faciūt h ex tribꝰ virtutibus. ⁊ q2 frida ⁊ stiptica. ⁊ q2 specifica. sicut antimoniū ⁊ mirra. ¶ Discretꝰ igit medicꝰ corpore mūdificato ⁊ mā distracta: pōt ex istis eligere ſm cōuenientiā pticulariū. ⁊ etiā ꝯponere ⁊ multiplicare modo fomentādo. modo empl'ando. modo cū pulueribꝰ. modo cū vnguēto. mō cum potionibꝰ. modo cū iniectionibꝰ. nisi ꝙ in cauterizātibꝰ simꝰ cauti cū medicam̄ remouet: cū talia faciūt escarā: ⁊ ita inducerent maiorē fluxum.

Clarificatio. Intelligendū ꝙ i retētione menstruorū pōt iuuare fluxus sanguis nariū. ⁊ ꝓptā to q2 postq̄ retētio est preter nām vnde cūqꝫ expellat aliquo modo posset eē bonum saltē ad tps: cū nociua mā expellatur. nihilominus diuertēdus est. q2 illud emūctoriū non est sibi ꝓprium. ¶ Et iō si plenitudo est multa: fiat flōia primo de epatica. postea de saphenis: postea cum magdalionibꝰ mēstrua ꝓuocētur. ¶ Scd̄o intelligendū ꝙ fluxus sanguinis nariū si fiat ex multitudine magis fit ex sanguine. ¶ Et si ex acumine ⁊ corrosione magis ex colera. ¶ Et ita intelligendū ē d̄ etatibꝰ ⁊ tēporibꝰ ⁊ cōplexionibꝰ. ¶ Tertio intelligendū ꝙ fritas nō iducit fluxū sanguis nariū nisi ꝑ accidens. qm̄ ꝯstringēdo cōstringit venā. ¶ Quarto notandū qm̄ licet sanguis arterialis sit calidior ⁊ subtilior q̄ sanguis venaꝝ. nihilominꝰ fluxus sanguis nariū nō venit frequētiꝰ ab arteria imo frequētius a vena. qm̄ vena non h3 nisi vnā tunicā. arteria aūt h3 duas. vn̄ magis resistit fractioni ⁊ apertioni. ¶ Quinto intelligendū ꝙ licet fluxus sanguis debilitet ⁊ flōia d̄bilitet. nihilominꝰ potest in fluxu sanguinis nariū flōia cōpetere virtute cō stante. ⁊ facit cessare fluxū: q2 trahit ad oppositū ⁊ q2 distrahit: iō maius est iuuamentū. ¶ Sexto aduertendū ꝙ balneū cōpetit in nimio fluxu mēstruorū ⁊ tn̄ nō cōpetit in fluxu sanguis narium. ¶ Cuiꝰ rō est q2 sanguis mēstrualis ē grossus: ⁊ ꝑ balneum subtiliat ⁊ ita trahit ad totū corpꝰ sed sanguis nariū est subtillis ⁊ magis subtiliaretur: ⁊ ita prouocaretur maior fluxus. ⁊ in subtiliādo ⁊ ad supiora trahendo.

Capl'm. xviij. de sternutatione.

Sternutatio est motus cerebri naturalis, ꝓter expulsionē nociuoꝝ. vnde sicut singultus est stomaco ⁊ tussis est pectori ita sternutatio cerebro. ¶ Unde tales motus non sunt motus morbi: s3 nature ſm Gal. v. d̄ morbo.

Causa. Causa āt sternutationis est duplex. s. exterior aut iterior. ¶ Exterior sicut radius solis cū penetrat ꝑ carūculas nariū. aut penna ītromissa. aut puluis. aut aliqua res modicans ⁊ pungens. ⁊ similia. ¶ Si intrinseca tunc est humor aut vapor. aut vētositas. aut aliqua res grauans virtutē animalē. virtus aūt animalis sensibilis sentiens nocumentū excitat virtutem animalem sensibilem: ⁊ virtus animata sensibilis suscitat naturalē ⁊ naturalis expulsiuā suscitata cū ma

gno impetu mouetur ad expellendũ nociua ⁊ pmiscẽs cũ aere expellit ad exteriora ⁊ sonat: qꝛ p angustũ locũ trãsit. ⁊ iõ sternutatio est fortis motus cerebri propter expulsionẽ nociuorum.

Pronostica. Sternutatio in fine morboꝝ bonum signũ valde fm Gal. dato φ egritudo essꝫ pniciosa. qꝛ fortitudo virtutis signatur ⁊ cõualescentia ⁊ puitas materie. ⁊ ita sternutatio sine reumate ⁊ corpe mundificato siue a natura siue ab arte bona. qꝛ dolorem capitis remouet ⁊ caput mundificat. Et ,ppter hoc valet in egritudinibus pectoris. s. cũ corp⁹ sit mũdificatum. ⁊ φ egritudo sit in declinatione. ⁊ φ sit sine reumate. Et similiter in egritudinib⁹ stomaci. ⁊ similiter in passionib⁹ matricis. qm̃ virtus est fortis: ⁊ ideo excitat virtutes expulsiuas oĩum membroꝝ naturalium. ⁊ ideo expellit fetũ mortuũ ⁊ secundinam ⁊ similia. Sternutatio cum reumate semp ẽ mala. ⁊ in corpore pleno. ⁊ mala in ratiõe signi. quia malã causaꝫ significat in capite ledentẽ caput. malũ in ratione cause: qm̃ sternutatio nimia replet caput ⁊ inducit vertiginẽ ⁊ scotomiam ⁊ similia. Si in aliqua egritudine ,puocet sternutatio in qua dꝫ prouocari: ⁊ non sternutat nunφ curabitur. Si fuerit prouocata cũ rebus fortis virtutis sicut est ell'us albus. piper. castoreũ. sinapis euforbium. ⁊ similia.

Cura. Primo curatur sternutatio cũ forti retẽtione anhelit⁹ ⁊ cum expellit φ expellat p nares. ⁊ hoc etiam multũ valꝫ in reumate. Secũdo curatur paccidentia anime fortia. sicut est ira. sollicitudo. tristitia ⁊ sil'ia. Tertio curat cuꝫ calidis euaporatiuis: potissime si cã sternutationis fuerit frigida. Fomentet igit caput corpe mundificato cũ aqua decoctiõis camomille. mellilloti. anthos. anisi maratri. spicenar. ⁊ inũgat nares cũ oleo laurino. ⁊ costino. Et si cã sternutationis fuerit calida. inungant nares cũ oleo ro. ⁊ viol'. ⁊ nenuphar. ⁊ fiat fomentatio de eisdem. Fricatio capitis ⁊ faciei ⁊ extremitatũ: ⁊ somnus ,pfundus multũ valꝫ. In secũda pticula libri huius supius cũ tractauim⁹ egritudines capitis fuit ista mã ptracta. sed gratia egritudinũ nariũ breuiter capitulauim⁹ de eisdem.

Clarificatio. Gal. dicit φ sternutatio est motus naturalis. ⁊ tñ sternutatio est in pleuresi et piplemonia. non igit erit motus nature sed morbi. Dico φ sternutatio aut est in tempoe sanitatis. aut in tempore morbi. Si fuerit in latitudine sanitatis tunc est motus nature. ⁊ ita intellexit Gal. quinto de morbo. Et si essꝫ in tempore egritudinis si tunc venit p viam crisis ⁊ mũdificationis põt attribui motui naturali. sic digestio in vrina. Si autẽ venit p viã sinthõatis tunc potest esse motus morbi. et ita soluitur contradictio.

Capl'm. xix. de egritudinib⁹ labioꝝ ⁊ oris ⁊ primo de fissura labiorum.

Fissura labiorum ẽ solutio continuitatis facta ĩ carne tenera labiorum.

Cura. Aut enim ,puenit ab exterioribus. aut ab interioribus. Ab exterioribus sicut a puluere. vẽto. ⁊ calore. ⁊ frigore. casu. obuiatione. ⁊ sil'ibus. Si ab intus hoc est ,pter humores acutos pũgitiuos vlcerãtes labia. aut' generantes pustulas ⁊ sil'ia. Isti aũt hũores aliquãdo veniũt a capite p viã reumatis aliqñ ascendũt vapores a stomaco ⁊ toto corpore. aliquãdo veniũt p viã crisis. Signa sunt satis manifesta.

Curatio. Si fuerit propter causas extinsecas illiniant vlcera. Si est causa ca. cũ oleo ro. ⁊ viol'. ⁊ assungia galline recenti ⁊ mucillagine dragagãti facta in aqua ro. ⁊ inungatur cum plurima. vel cũ vno ex illis. vel cum oĩbus. Et si causa est frigida. sicut est vẽtus borealis ⁊ similia. tũc temperent in aqua ro. mel ro. dragaganti. gumi arabic mastic. ⁊ thus. ⁊ illiniant vlcera. Et si fuerit ,pter cãs intrinsecas corpore mũdificato illiniant labia cũ isto medicamine. ℞. cerusse lote. amidi. catimie lote. litargiri. cõficiãtur cũ mucillagine dragaganti.

Clarificatio. Intelligendũ φ lꝫ hũida putrefaciant ⁊ putrefactiua nõ cõpetant in vlceribus

Dubitat[illegible] [illegible] hũida putrefactiua nõ cõpetat [illegible] adeps galline [illegible] laudat ab auctore [illegible]
[illegible]

[illegible] labioꝝ [illegible] dragaganti [illegible] aq̃ ro. [illegible] pulue[illegible] [illegible] Item [illegible] fissura [illegible]
[illegible] labioꝝ [illegible] Item [illegible] Item ad [illegible] labioꝝ et aliorꝫ membroꝝ. [illegible]
[illegible] Item [illegible] Item [illegible] fissuras labioꝝ [illegible] pini ℥. [illegible] cere noue ℥. [illegible] plagas
[illegible] fissuras labioꝝ et aliorꝫ membroꝝ.

Ad fissuras labiorum ... gummi arabici dragaganti olei ro. adipis galline ... fiat unguentum et unge de ... 81
Ad labia inflata per puncturam ut vitio gutte ... in vino calido.

nihilominus assungia galline recens potest competere in vlceribus labiorum. ⁊ quia est anodia mitigatiua doloris: ⁊ cū hoc qn̄ siccitas est nimia: qm̄ tēperatur ⁊ hūectatur. ⁊ cū hoc quia cū litargiro ⁊ alijs admiscetur. ⁊ liniatur filtr. ¶ Secūdo notādū ꝙ pustule ⁊ vlcera labiorū si in tertianis ⁊ in alijs febribus veniant post signū digestiōis: signa sunt bone crisis: qđ etiā vulgares dicūt. qm̄ post ꝙ vidēs labia vlcerata ⁊ pustulata curatus est. ¶ Et exinde oritur aliud notabile. qm̄ pustule ⁊ vlcera possunt bonū signare in febribus cū apparēt in labijs. ¶ Et si eedē apparuerint in lingua: erunt pessima signa. ¶ Et rō dictorū est: qm̄ labia sunt mēbra vilia exterius posita quorum caro ē tenera ⁊ ita nā fortificata suas superfluitates mittit ad illa. ¶ Lingua aūt est mēbrum nobile multū sensibile. ⁊ iō si talia apparent magis venirent gr̄a sinthōtis ꝙ nature. ⁊ iō semper mala. ¶ Ultimo notādū iuxta hoc ꝙ cū fissure apparēt in labio inferiori in muliere paculata significant q̄si nāliter mulierē cū siccitate matricis: sic aliq̄ dixerūt.

¶ Caplm. xx. de passionibus lingue.

Passiones ligue sūt multe. sicut est paralisis. spasmus solutio continuitatis apostema. magnitudo. paruitas. corruptio. gustus ⁊ loquele ⁊ similia. ¶ Lingua aūt cōponitur ex carne ⁊ neruis septuplicibus. ⁊ arterijs: ⁊ venis s̄m Gal. 4. de simplici medicina. ⁊ hoc fuit propter nobiles operationes suas q̄ sunt due. s. gustus ⁊ loquela. ¶ Loq̄la igr̄ fit per motū. ⁊ gustus per sensum. ⁊ quia plura sunt necessaria ad motuꝫ idcirco citius admittitur operatio loq̄le: ꝙ operatio sensus gustus. ¶ Istis aūt operationibus sic alijs tria accidētia eueniūt. sicut est ablatio. minoratio ⁊ corruptio. verbi grā aliquādo loquela oīno aufertur: sicut ī multis. aliqn̄ minoratur: sicut in illis q̄ cōceptū exprimūt cū difficultate. ¶ Aliqn̄ corrūpitur sicut in traulis ⁊ blesis ⁊ scindētibus. licet diuersimode. qm̄ trauli ⁊ blesi appellantur q̄ corrūpūt litteras: ⁊ ponūt vnā litterā pro alia: ⁊ nō possunt nominare litterā c. ⁊ hoc fit propter nimiā humiditateꝫ: sicut in pueris. ¶ Aliqn̄ aūt corrūpūtur magis sillabe. sicut in illo qui deberet dicere dn̄us ⁊ duplicat primā sillabā ⁊ dicit dodominus. ⁊ si velit dicere aristotiles: ⁊ ipse dicit aristoles. ¶ Et tales vocantur scindentes sicut istā materiā tractauimus supra illum amphorism. trauli adiaria ⁊c. ¶ Similiter sensus gustus aliquādo aufertur: cū penitus nō iudicat đ aliquo gustabili quoniā sensus oīno ablatus est. ¶ Aliqn̄ aūt minoratur: cuꝫ non sentit nisi excellētias sensibiliū. ¶ Aliquando aūt corrūpitur: cum oīa iudicat amara. aut salsa. aut alterius saporis. aut nullius. ⁊ ita de alijs. ¶ Cause autē istorum accidētium sunt morbi cōsimiles. officiales. aut cōmunes. ¶ Accidit etiā aliquādo propter passionen lingue. aliquādo autē propter passiones aliorum mēbrorum.

¶ Cause. Cause āt huius passionis sunt aliqn̄ egritudies cerebri sicut est apoplexia. epilentia. litargia. frenesis. mania. fluxus hūorūꝫ. ⁊ similia. ¶ Aliqn̄ ēt fit propter passiōes neruorū venientiū ad liguā. ¶ Aliquando etiam venit propter passiones lingue sicut est mala cōplexio calida. frigida: sicca: ⁊ hūida: aut apostema: aut magnitudo: aut paruitas: aut solutio cōtinuitatis: aut dispositio ligamēti quod est sub lingua. ¶ Aliquando venti propter passiones stomaci: sicut est crapula. nausea: ⁊ similia. sicut est ebrietas. ¶ Aliquando propter passiōes pectoris: sicut pleuresim ⁊ periplemoniam. ¶ Aliquando propter passiones totius corporis. sicut est in fe. ¶ Et aliquando venit propter causas extrinsecas: sicut propter acceptioneꝫ veneni: ⁊ propter similia.

¶ Signa. Si venerit propter passiones capitis: notum est ex illis. ¶ Si ex neruis hoc est propter remotionem aliorum signorū. ¶ Si propter passiones lingue: hoc etiam notum est. quia lingua sensui est manifesta. ¶ Si fuerit ex mala complexione calida: est cuꝫ punctura ⁊ mordicatione ⁊ citrinitate. ¶ Et si fuerit ex frigiditate: lingua est alba ⁊ frigida ¶ Et si ex hūiditate: ē cū saliua multa. ¶ Et si ex siccitate ē cū ariditate ⁊ fissuris ⁊ vlceribus. ¶ Aliqn̄ aūt mā melica grossa viscosa adheret lingue. ⁊ inuiscatur propter se. ⁊ denigratur lingua ⁊ creditur ꝙ sit ex siccitate et nō est ita. ¶ Apostemata etiā lingue fiūt ex diuersis humoribus. ⁊ patēt ex suis signis

Alia etiã sunt manifesta. Si aũt ꝓuenerit a stomaco ꝛ epate pꝫ ꝑ signa illarum egritudinũ. Similiter de fe. ita ꝙ passiones ligue defacili possunt cognosci si medicus velit aduertere.

Pronostica.

In febribus acutis pustula nigra apparens in lingua signum est mortale. In fe. acutis nigredo lingue ꝛ vlceratio malũ.

Cura.

tamē mēbro nobili. ⁊ ita habēt nobilem
operationē. Et qñ ista cōueniunt. s. ꝙ fe
bris sequiꝛ squinantiā: tāto deteriꝰ ꝓpꝛ
difficultatē anhelitꝰ. Et in omni squinan
tia cōpetit lac: ⁊ qꝛ abstergit ⁊ mūdificat
⁊ maturat. nisi timeamꝰ de fe. ꝙ corrūpa
tur. Secūdū ꝙ debemꝰ intelligere est
illud. s. ꝙ ad squinātiā sequiꝛ eductio ocu
loꝝ: ꝑꝑ colligantiā quā hꝫ trachea cuꝫ la
certis oculoꝝ. Tertiū ꝙ sequitur est edu
ctio lingue: ⁊ hoc ē ꝑꝑ magnitudinē apo
stematis in radice lingue. Quartū ꝙ de
bemꝰ ītelligē ē qm̄ in oī spē squinātie cō-
petūt repcussiua ⁊ diuretica. Et si diceret
nōne mittitur mā ad mēbra nobilia. dico
ꝙ nō: qꝛ multa mēbra sunt ī medio ⁊ di-
spartiꝛ in multas partes: ⁊ distributa per
multa mēbra meliꝰ rectificaꝛ ꝙ̄ si esset col
lecta in vno. ⁊ cū hoc ista mēbra nō sunt
emunctoria sicut sunt asselle ⁊ inguina. ⁊
cū hoc quia in principio nō hꝫ tantā ma
liciā ista mā. ⁊ cū hoc qꝛ operatio mēbri
nobilissimi impediꝛ. Ex his igitur elici
pōt ꝙ in squinātia possunt cōpetere rep
cussiua: aliter posset cōtingere repentina
suffocatio: cū sit de supacutis. Ultimo
cōsideranduꝫ circa istā materiā ꝙ mucil-
lago psillij ⁊ citonioꝝ vna cū alijs lꝫ sint
frigida ⁊ viscosa possunt maturaꝛ ⁊ rum-
pere: protanto qꝛ faciunt alia adherere.
⁊ carice ⁊ fermētū etiā maturāt ⁊ rūpunt
Si aūt apostema eēt in exterioribus:
calx viua cū sapone iudaico rumpūt. ⁊ si
sapo moll' inueniaꝛ albus tanto melius
sed possumꝰ accipere saponem durum al
bum vltramarinū ⁊ miscere cū oleo lauri
no: ⁊ erit molle ⁊ album.

Capitulū. h. de passionibꝰ vule.

Vula habet quinquē
iuuamēta. primū ꝙ preseruat a
fumo ⁊ puluere ꝙ non vadant
ad pulmonē. Secūdū est qm̄ alteraꝛ ibi
aer ⁊ calidꝰ ⁊ frigidꝰ anteꝙ̄ vadat ad pul
monē ⁊ cor. Tertiū valet ad informatōeꝫ
vocis: ⁊ ideo stat supra foramē anhelitꝰ:
sicut digitus fistulatoris. Quartum iuua
mentū est qm̄ qñ homo loquiꝛ stat supra
merine aer ingrediaꝛ ad stomacū. ⁊ quā-
do hō comedit stat supra viā anhelitus
ne cibꝰ ⁊ potus vadāt ad pectꝰ. ⁊ iō nō ē
bonū comedere ⁊ loqui simul. Quintum
est qm̄ ꝓseruat ne mā reumatica descen-
dat subito ad pectus ⁊ stomacū. qm̄ ibi
remanet aliquo modo ⁊ sentiꝛ: ⁊ tunc ex-
pellitur cū screatu. ⁊ ideo qui amisit vulā
amisit ista quinqꝫ iuuamēta. ⁊ pro tanto
nō possunt pati nec calorē nec frigus nec

Dubitatio an competant repercussiua.

Ad vulam. Rx dyamoronis aceti et mellis misce sit et gargariza sepe. § Item Rx sal ... pulv ... calefactum et pone sub caput et subito revertetur ad locum. § Item Rx testam medie nucis et imple pice galbano et oppoponaco et pone retro occipitium capitis in fontanella et subito trahet supra. 88

fitim.imo ledunt de facili a quacunqz causa: τ ideo vtplurimum ptisici moriuntur. Caue ant igitur sibi qui in sanitate faciunt sibi incidi vulaz vt melius cantent. quoniam sine dubio cum instrumentis vocalibus postea nunquam faciunt operationem pulchram. Vigilate igitur vula aliquando relaxatur τ cadit inferius τ impedit viam cibi τ anhelitus. aliquando etiam apostematur τ modica materia valde sufficit ad sui apostemationem. τ sicut apostematur vula. ita τ duo amigdala que sunt in radice lingue.

Cause. Cause sunt nec plus nec minus sicut dictuz est capitulo de squinantia.

Signa. Ista etiam sunt eadem cum predictis signis.

Pronostica. Ypo. docet pronosticare vulam tumidam et rubentez timendum est incidere τc. Timor enim est quintuplex. primo quoniam timendum est de nimio fluxu qui non possit restringi. Secundum quoniam si non fuerit maturum ex hoc accidit magnus dolor: τ ideo currunt humores τ magnificatur apostema. Tertio quoniam si amittatur pars substantie vule: amittuntur quinqz iuuamenta que hz naturaliter. Quarto quia si materia vadat ad pulmonem timendum est de ptisi aut piplemonia. τ ita de aliis. Quinto quoniam si vadat ad stomacum timendum est quod causat ibi nocumentum vigilate igitur.

Cura. Curatio fere est eadem sicut in squinantia. In primis igitur fiant clisteria. flo. ie. ventose. purgationes. τ similia que dicta sunt superius iuxta conuenientiam particularium. corpore autem mundificato repercutiatur materia cum diamoron τ aqua ca. aut decoquantur in aqua galle. sumac. spidia. τ ponatur ibi modicum aceti τ fiat gargarisma. Et si causa est frigida addamus alumen. assum. τ sal assuz. masticem. thus. τ mel. Et si propter stiptica aut propter alia talia apostemata fuerint nimis indurata: mollificetur sic. Rx. psillii. dragaganti. gumi arabi. fenugreci. se. lini. se. malue. ordei. conquassentur omnia preter psilium: τ fiat mucillago in aqua calida τ exprimatur. Et isto possumus vti multis modis siue intus siue extra. Primo quod illiniantur partes indurate frequenter cum pluma. aut quod iste mucillagines bulliant in aqua ca. τ fiat gargarisma. τ desiccetur τ fiat puluis τ insuffletur intus vsqz ad locum. Postea dissoluamus sic. bulliat ysopus et radix lilii in oximel squill. τ fiat gargarisma. Et cum hoc bulliant succus agrimonie τ centauree in oleo laurino. τ intingatur lana succida τ inuoluatur collum. Et si fuerit casus vule cum fe. gargarizet diamoron cum aqua ca. aut bulliant rose. mirtilli. sumac. galle. in aqua cum aceto τ fiat gargarisma. Et si est sine fe. τ calor addamus istis sal assuz τ alumen assum. τ sal armoniacum. τ galliaz muscatam. τ fiat gargarisma. In pueris autem fiat ex istis illinitio cum pluma. τ inuoluatur collum lana succida cum oleo de camomilla. τ fricetur caput. τ claudantur commissure partis anterioris cum thure τ pisce. τ preseruetur omnino a reumate. τ exhibeantur exiccatiua sicut sunt vigilie. τ minorationes cibi τ potus τ similia. licet non possit transglutire. Desiccetur igitur humiditas superflua illius vule quantum erit possibile. Ad incisionem igitur vule veniamus. quoniam vula gracilis est versus radicem. s. in palato superiori: τ est grossa inferius: τ non est rubea sed vergit ad quandam albedinem τ liuorem mortificatum: τ videntur signa maturitatis. τ corpus est mundificatum. τ est tanta grossicies quod timendum est de suffocatione. tunc si aliqua hora est incidenda incidenda est. Comprimatur igitur lingua τ vula cum forpicibus incidatur. s. quantuz augmentata est preter naturam. quoniam si abscinderetur in parua quantitate non haberet iuuamentum. τ si in nimia magnum nocumentum. mediocritas igitur obseruetur. Vel potest hoc fieri cum tenaculis illis cum quibus abscinduntur dentes. Secundo modo potest abscindi per hunc moduz. Rx. asse fetide. arsenici. vitrioli. salis armoniaci. atramenti. alluminis. τ fiant pillule cuz aceto squill. τ ingenientur cum aliquo instrumento quod possit applicari vule per vnam horam. τ cum incipit denigrari iam sufficit quod inter tres dies cadet. Tertio modo operamur per hunc modum. restaurator percutiat vulam cum flobotomo in parte illa in qua maior est maturatio τ ideo sanies τ sanguis exibunt. Quarto modo sic. accipe acum de ferro τ ponatur in igne donec candeat: τ cauterizetur locus. sz acus transeat per calamum de ferro: ne partes vicine ledantur τ acus sit sic figurata quod possit compleri operatio. Nunc autem dz patiens tenere

Solum fit hoc modo ... Arnaldus de Villanova. § Iuxta epiglotum nascitur ... caruncula ... folii ... visus patet ... in gutture ... trachea arteria ... impeditur ... ad loquendum ... foramina ... trachee arterie oppillat ... claudit ... Rolandi parmensis.

De voce ypo. Anfo. 7°. 5ᵗ. Si ebriatus aliquis repente sine voce fiat spasmo irruente moritur. Si non febricitat ... aut ad horam venies 27 qua crapula solvitur loquutus fuit ...
Item. 61. 6ᵗ. Quibuscumque dolores repente fiunt ...

os apertū vt sanguis ⁊ sanies fluāt ad exteriora. ¶ Et si flueret ad pectus ꝙ mundificetur cū tussi. ⁊ si ad stomacū cū vomitu aut secessu. ¶ Post hoc autē gargarizet ista decoctio. ℞. yreos. ysopi. liquir. capill' ve. re. ordei. decoquat in ydromelle. ⁊ tūc accipe duas ptes hui⁹ decoctiōis ⁊ tertiā oxill' diur. ⁊ fiat gargarisma ⁊ frequēter. ¶ Si aūt vellem⁹ abscindere apostema qd̄ est in amigdal' existentib⁹ in radice lingue: tūc eleuet cū vncino. ⁊ est cauendū ꝙ auferat tota pellicula. q: piculū esset amittere humiditatē saliualē.

¶ **Clarificatio.** Intelligēdū ꝙ vula magis declinat ad viā anhelitus ꝙ̄ ad viā cibi. ¶ Cui⁹ rō est vt pseruet plus a nocumētis. qm̄ mēbra pectoris nō habēt aliud foramē p ꝙ possit mūdificari tracha. ¶ Sz stomacus pōt mūdificari p supiora ⁊ p inferiora. ¶ Cōseruanda est igit vula ne abscindat: q: q̄ eā amisit pulchrā uocalē amisit. ¶ Secūdo notandū ꝙ via anhelit⁹. s. trachea arteria d̄clinat magis versus ptē anteriorē ⁊ viā cibi. sed meri declinat magis versus ptē posteriorē. ⁊ est duplex ratio qm̄ pectus declinat magis anteri⁹ ⁊ stomacus posterius. quare oportuit ꝙ meat⁹ cuiuslibet declinarēt versus ptes suas. ¶ Secūda rō est qm̄ anhelit⁹ ē magis necessari⁹ ꝙ̄ cib⁹ ⁊ iō oportuit ꝙ via sua esset rectior. q̄re est anteri⁹. via aūt cibi est magis tortuosa. ⁊ q: nō est ita necessaria. ideo fuit posteri⁹ collocata. ¶ Tertio notandū ꝙ via cibi est magis dilatabilis ꝙ̄ via anhelitus q: subtiliora sunt illa q̄ transeūt p traheam. ⁊ propterea fuit cartilaginosa. ¶ Illa aūt q̄ trāseunt p meri sunt grossiora: ⁊ etiam aliqñ trāsglutitur magn⁹ bol⁹. quare illa via fuit multum dilatabilis: aliter sequeret suffocatio. ¶ Quarto cōsiderādū ꝙ ea que ascendūt a stomaco magis nocēt suis vijs. s. meri ꝙ̄ illa que ascēdunt a pectore nocēt suis vijs. i. trachee. ¶ Cuius rō est duplex qm̄ ea q̄ ascendunt a stomaco sunt magis indigesta ⁊ acuta. ⁊ cū h' meri est magis passibile. ¶ Illa aūt q̄ ascendūt a pectore sunt subtiliora ⁊ magis digesta. ⁊ trachea nō est ita passibilis: cum sit dura ānulosa cartillaginosa. ¶ Quinto intelligendum ꝙ trachea dilatatur ⁊ magnificat nāliter circa tēpus pubescēdi q̄re imutatur vox nāliter dato ꝙ nō coyrē sed si coeat manifest⁹ imutat: cū coytus violēter facit ad augmentū. qm̄ vox imutat nāliter ꝺm latitudē aut stricturā cāne ⁊ ꝺm caliditatē ⁊ fritatē. ⁊ ꝺm virtutē fortē ⁊ debilē. ¶ Ultimo notādum ꝙ si radix vule esset grossa ⁊ caput acutum. tūc non esset ita timendū de suffocatione. q: vie nō ita clauderent. ⁊ iō nō oportet viam incidere: sz qñ radix videt gracilis p cōparationē ad caput suū. tunc cadit ⁊ opilat ⁊ impedit vias. ⁊ tūc ꝓpter timorē suspectionis est incidenda aliter nō. ⁊ quocūq3 modo fiat sp est magnū piculum.

Item. 55. 7ᵗ. Quibuscumque ... fuit ... in ... sine voce fieri.

¶ Caplm tertiū de raucedine vocis.

Vox ē nobilissima actio volūtaria ex nobilissima actiōe aīe ꝓcedēs: q: ex motu cogitationis ⁊ deliberationis. hec sunt que legūtur apud Gal. libro suo de voce. ¶ Mā vocis aut est ꝓueniens a pulmone transiēs p tracheā arteriā percutiens cartillaginē epiglotis. principiū aūt vocis est in epigloto. qm̄ venit aer ex locis amplis ad loca stricta. ¶ Cā aūt efficiēs est virt⁹ mouens lacertos pectoris ⁊ epigloti dilationes ⁊ cōstrictiones. ¶ Cā aūt formalis ⁊ p se est vula retinens aerē: sicut digitus retinet in fistula. vnde in formatione vocis vula est p se: ⁊ alia sunt ꝓpt iuuamēta. sicut lingua. palatū. dentes et labia. ⁊ ita de alijs. ¶ Cā finalis est explicatio ꝯceptus. bene igitur dictū est nobilissima actio ⁊c. ¶ Huic aūt actioni adueniūt tria accidētia sicut alijs actionibus. quoniam vox aut aufertur. aut minorat. aut corrūpitur. ¶ Aufertur cū cessat penit⁹. minoratur cū aliquis loquit cū quadā difficultate. corrūpitur sicut patet in quadā raucedine ⁊ voce tremula ⁊ pauca ⁊ aspa ⁊ ita de alijs quoꝝ causa morbi sunt officiales. consimiles ⁊ cōmunes.

Causa. Corruptio vocis aut prouenit a causis extrinsecis aut intrinsecis. ¶ Si extrinsecis sicut est fum⁹ puluis ventus borrealis cum venit subito post australem. ⁊ econuerso. comestio multa rerū multaꝝ salsarū acutaꝝ aceto-

sarū. Et prouenit ex debilitate virtutis: sicut in decrepitis.⁊ pueris.⁊ cōualescētibus.⁊ incarceratis.⁊ religiosis.⁊ similib⁹ Et prouenit etiā ex casu ⁊ pcussione colli ⁊ nuche ⁊ spondiliū ⁊ neruoꝝ pcedētiū ex eis. ⁊ breuiter ex nocumento oīum illorū que faciūt ad informationē vocis. Si autē sit ex causis intrinsecis: tūc accidit corruptio ⁊ nocumētum in voce ppt nocumēta cerebri: ⁊ colli: ⁊ nuche: ⁊ pectoris: ⁊ stomaci: ⁊ oīum mēbroꝝ vocalium sicut est pulmo.trachea. epiglotus.vula. lingua.palatū.supius ⁊ inferi⁹.⁊ labia et dentes. Et venit specialiter ppter nocumentum lacertorum dilatantium.epiglotū sm Gal.libro de voce. ⁊ sm Auic. Et venit etiā corruptio ī voce ppter malaꝫ cōplexionem calidaꝫ.frigidam.siccam.⁊ humidam.

Signa. Signa sunt satis manifesta p lesionē membrorum.quoniam si a causis extrinsecis discernuntur per indicia patientis. aut assistentium et similiū. Et si fuerit a capite est cū diminutione alioꝝ sensuum ⁊ capitis grauitate. Et si a collo discernitur ex dislocatiōe et dolore. Et si a stomaco discernit̃ ex grauitate stomaci. Et si a pectore similiter. Et si ex ore discernitur p nocumēta illaꝝ partium. Et si ex epigloto discernitur ex priuatione aliorū. Et si fuerit ex calido: vox est magna. Et si ex frigido vox ē parua. Et si ex sicco vox est aspa. Et si ex humido tunc si est hūiditas magna causat̃ raucedo. Et si maior tunc causat̃ vox tremula. Et si maxima tunc aufert̃ vox. Si a paralisi lingue ⁊ mēbrorum vocalium. corrūpitur igitur vox propter spasmū repletionis ⁊ inanitionis ⁊ similiū. sm igitur fortitudinē ⁊ debilitatē cause: sꝫ hoc adueniūt diuersa accidentia in voce: aut ablationis: aut minorationis: aut corruptionis.

Pronostica. Corruptio vocis ppter nocumenta nuche colli ⁊ spondiliū ⁊ neruorum dilatantium ⁊ ita de alijs nocumētis que veniūt a parte posteriori.sicut est dislocatio. casus.⁊ pcussio.vix aut nūꝗ̃ curat̃: nisi essꝫ valde nouella. Raucedo p vnuꝫ annum non recipit curationē. Raucedo ex reumate nūꝗ̃ curatur nisi prius reuma curetur. Cum aliquis est reumaticus ⁊ rauc⁹ ⁊ flobotomatur: vix aut nunꝗ̃ curat̃. Phlebotomia ... (margin)

Cura. Tria sunt que cōpetunt in omni raucedine. Primū.s. siccus sicce: ⁊ debēt assari donec incipiant sudare ⁊ statim comedi. Secūdum est caulis siue succus siue brodium.vel per moduꝫ ellectuarij vel conditi. Tertiū est pedes aīalium ⁊ potissime pedes vaccarū. Si aūt raucedo seu vocis immutatio venerit ppter laborem ⁊ clamorē aut vociferationem: aut ppter nimiā siccitatem.tunc ista competūt.s. vitella ouoꝝ.lac. butirū sine sale.malue.atriplices.oleum amigd.dul. oleum viol.oleū sisaminū.siue intus siue extra applicatū. Et valet etiā balsamum dragantum. amigd.⁊ penidia .vue passe mund.fiscuti.pinee. pisces recētes squamosi de aquis mūdis.iuscula.⁊ oīa sorbilia. Accipe malagnata dul. ⁊ decoquant̃ inter prunas: ⁊ remoueatur cortex: ⁊ reliquū terat̃ ⁊ coletur: ⁊ colature addat̃ panis zuccari .⁊ sorbeatur .⁊ cōpetit etiam somn⁹ ⁊ quies ⁊ similia humectantia corpus. Si autē immutatio vocis fuerit pp calorē: si corpus est plectoricū fiat flōia. ⁊ si colera abundet purgetur cū cassiafi.⁊ māna.⁊ vtat̃ diapapauere zucc.ro.viol. diagragāto frido diapenidon siue speciebus calidis.⁊ vtatur candi.⁊ penidijs.⁊ cucurbita.⁊ mellonibus. Si autem vox imutatur ex causis fridis. vtatur diayris ⁊ diaysopo. diacalamento.origano.calamento ⁊ similib⁹. Nunc autē de raucedine dicam⁹.⁊ qr raucedo pprie venit ex hūido: ⁊ etiam frequenti⁹ aduenit ꝗ̃ alie vocū immutationes.ideo hanc curaꝫ diligētius psequamur. Et qr vtplurimū venit cū reumate.ideo in primis suffumigetur caput cū nigella.⁊ saccelletur cum milio ⁊ sale assis.⁊ teneat istas pillas ī ore. R. storac.calamite.ambre.mastic. thuris. liquir.mund.vuarum passarum mundatarum abarill.caricarum.dragaganti . gumi arabici.⁊ fiant pillule . ⁊ conficiantur cum ydromelle. Reumate curato vtatur cubebis die ac nocte : mane et sero sine omni misericordia ; sicut si essꝫ iud⁹ pi

lorũ.⁊ iniũgaᷣ paruitas cibi ⁊ potus et
eiusdē subtilitas.⁊ vigilie.⁊ vitet oē bal-
neum ⁊ fomētationem.⁊ vitet oīa salsa.⁊
acuta ⁊ acetosa. Et si ex istis ꝯtingat vti
ratione curationis addētur semꝑ lēitiua.
sicut sunt vue passe.dactili.ficcus sicce.pi
nee ⁊ similia. Itez vtaᷣ isto medicamine.
℞.zinzibere cōditi.piꝑis lōgi.cubebaꝝ.
pulueris calamēti.aã.ʒ.ß. caricarũ.vuaꝝ
pas.mũdataꝝ abarill'.pineaꝝ fisticoꝝ.aã.
ʒ.ij.puluerizāda puluerizenᷣ.⁊ ꝯquassan
da cōquassentur.⁊ fortissime ꝯterātur cũ
modico mellis super cineres calidos diu
agitando.⁊ fiat cōditũ.quo vtaᷣ frequen
ter in die lambēdo diu in ore tenēdo. Et
istud medicamē reputo valde bonũ.nihi
lominꝰ pōt digeri materia frīda ⁊ hũida
ꝑ hũc modũ.⁊ valet ī omni passione pe-
ctoris de cā frigida ⁊ hũida.sicut in rau-
cedine ⁊ asmate ⁊ tussi.℞. radicis yreos
liliȷ.squille.ysopi.origani calamēti.aã.ʒ.
ij.siseleos.fenugreci.caricarũ. vuaꝝ pas.
mũdataꝝ abarill'.fistricoꝝ.pineaꝝ mund
dactiloꝝ pinguiũ.amigdal'.excorticaꝝ.iu
iube.sebesten.aã.ʒ.i. mellis lib.i.fiat siru
pus lib.i.⁊.ß. Materia digesta pureᷣ sic
℞.yerap̄.ʒ.iij.yeralogodion.ʒ.ij.bdellij.
pulpe coll'.aã.ḡna vi.misceanᷣ ⁊ fiāt pil
lule. Itē gargarizet cotidie ydromel aq̄-
ticũ cũ oxill' squil'. Et qꝛ diuersitas parti
culariũ est multa valde. iō adhuc ista me
dicamina subiũgamꝰ que multũ valēt in
oī passione pectoris de cā frīda ⁊ hũida.
sicut dictũ est de medicamine ꝑcedēti. Et
ideo fere ista materialia replicabuntur in
capitulo de asmate seu difficultate anheli
tus.⁊ capl'o de tussi. dũ mā sit frīda ⁊ hu
mida. Primũ est tale.℞.triũ granũ pipe
ris.cubebaruz.cinamomi electi.aã.ʒ.i.fe
nugreci.se.lini assi.maratri.pineaꝝ mũd.
abarill'.iuiube.sebestē.aã.ʒ.i. conficiātur
cũ melle ⁊ lēto igni cōdiāᷣ. ⁊ fiat cōdituz
sicut oportet.⁊ sumaᷣ lambēdo. Itē secũ
dum medicamē ꝙ valet in mā frīda ⁊ hu
mida reumatica.℞.ambre. storacis cala-
mite masticis.thuris.aã.ʒ.i. dragaganti.
gumi arabici infusoꝝ in ydromell'.liquiᷣ.
mund.vnarũ pas.mund abarill'.caricaꝝ.
aã.℥.i.cōficiātur cũ ydromelle ⁊ fiāt pil
lule.⁊ teneāᷣ in ore. Itē tertiũ medicamē
℞.mirre.olibani.aã.ʒ.i.puluerizētur ⁊ su

matur cũ ouo sorbili. Similiᷣ vz puluis
calamēti cũ ficubꝰ siccis.valet ⁊ ius galli
antiqui cocti cuz polipodio.aniso. ⁊ yso
po.⁊ vuis passis mũdis. Itē vltimũ me-
dicamē qđ vz in despatiōe cũ mā ē mul
tũ hũida:⁊ nō habemꝰ aliā viā.℞. piꝑis
cubebaꝝ:mirre.costi aristol'.cassielignee.
siseleos.maratri.aã.ʒ.i.arsenici.sulphuris
citrini.asse fetide.aã.ʒ.ß.cōficiātur cuz se
po yrcino et vitell' ouorũ ⁊ fiant trocisci
⁊ desiccenᷣ in vmbra.⁊ cum vti volueris
ponaᷣ vnus suꝑ carbones ⁊ recipiat fu-
mũ ore aperto. Et si ex ista suffumigatio
ne exasperaretur guttur:gargarizet fre-
quēter ydromel:⁊ vtatur vuis passis da
ctilis ⁊ fisticis. Cibus aũt frī darīꝰ sit iste
farina tritici cocta ī furno.⁊ fabaꝝ.⁊ rizi.
⁊ fenugreci.⁊ lupinoꝝ.⁊ ciceꝝ.⁊ colatura
furfuris.⁊ amigdal'.⁊ similia.ħ est frumē
tum grossuz cōfractũ.⁊ quolibet istorum
pōt cōdiri cũ lacte capraꝝ:aut cũ brodio
carniũ. Si autē raucedo fuerit ex aposte
mate:vtatur vino dulci ⁊ aliȷs sicut dictũ
est. Et si fuerit ex vula ⁊ aliȷs:curētur illa
prius. Et si fuerit ex mala cōplexione ca-
lida sine mā.vtaᷣ istis pill'is q̄ valēt etiā
in siti ⁊ ardore.⁊ asperitate. ⁊ siccitate. ⁊
similibꝰ.℞. semīs psiliȷ.citonioꝝ. draga-
gāti fiat mucillago in aqua dulci ⁊ expri
maᷣ ꝑ pānũ.tunc.℞.iiij.se.frōruz mund.
papaueris al.candi.penidi.vuaꝝ passaꝝ
mundaᷣ.abarill'.⁊ cōficiātur cum ꝑdicta
mucillagine ⁊ fiāt pill'e parue aliquātulũ
cōpresse ⁊ teneātur supra linguā ⁊ in fau
cibus.valent etiā ad digerendũ ⁊ alterā
dum materiā calidā ⁊ ꝙ post sequeretur
euacuatio.⁊ ita valēt ante ⁊ post.

Clarificatio. Intelligendũ ꝙ hu
miditas temperata
⁊ equalis facit vocem equalem ⁊ leuem.
sed si excedat facit raucā. vnde sicut cali-
ditas cum excedit facit vocem magnam.
⁊ frigiditas paruam.⁊ siccitas asperam.
⁊ virtutis debilitas tremulam.ita humi-
ditas proprie causat raucam. ⁊ raucedo
non causatur proprie nisi ex humido su-
perfluo.nisi largo modo acciperemꝰ rau
cedinem omnē vocis asperitatem parui-
tatem ⁊ inequalitatez. Humiditas autez
superflua cũ vadit ad epiglotuz: relaxat
⁊ mollificat neruos ⁊ lacertos epiglotis

ꝓprie dilatatiõis. ⁊ ita causaṫ raucedo
¶ Studeamꝰ igiṫ ↄsumere oẽm illã hũidi-
tatẽ supfluã cũ applicatiõe sex rez nõ na
turaliũ sicut est aer siccus siue ꝑ naturã si
ue ꝑ artificiũ. ⁊ ita de alijs. ¶ Secũdo de-
bemꝰ hic intelligere ꝙ humidũ curat rau
cedinẽ ⁊ causat rau cedinẽ. hũiditas su-
pflua intrinseca imbibita causat rauce-
dinẽ. ſꝫ humiditas abextra leniẽdo ⁊ de-
siccãdo tẽperando curat. ⁊ cũ hoc abster
gendo: sicut est draggagantũ. gumi arabiṫ
⁊ siꝉia. ¶ Humiditas igitur interior īducit
asperitatẽ eleuãdo vnã ꝑtem supra alte-
rã. ⁊ remouet soliditatẽ naturalẽ mollifi-
cando. ⁊ ideo reddit vocẽ inequalẽ ⁊ rau
cam. ¶ Sed humiditas exterior potissime
que ẽ abstersiua ⁊ mũdificatiua. talis eiꝫ
lenit ⁊ clarificat ⁊ applanat. ⁊ facit ad h̃
vt aer equaliter illidaṫ. ⁊ iõ cãpana q̃ est
iuxta aquas hꝫ meliorẽ sonũ. ¶ Tertio de-
bemꝰ intelligere qm̃ licet humiditas red
dat vocẽ raucã. nõ tñ ꝓpter hoc siccitas
clarificat. imo reddit vocẽ asperã cũ exce
dit. ¶ Et iõ in curatione raucedinis cũ sic-
cis semꝑ apponamꝰ hũida lenificatiua.
¶ Siccitas aũt tẽperata reddit vocẽ sono
rã: q2 aer trãsit equaliter ⁊ reuerberatur
nocet igitur siccũ in excessu. ⁊ iõ tubicina
tores ꝓiciunt aquã in tubis suis. ⁊ nocꝫ
humidũ supfluũ. ⁊ nigella cuiꝰ lignũ fuit
incisum in plenilunio: nunꝗ̃ erit bene so-
nora ꝓpter nimiam humiditatẽ quã ac-
cepit. ¶ Quarto notandũ ꝙ qñ accidit rau
cedo ex nimia humiditate sanguinea: bñ
põt tũc cõpetere flõia. sed qui facit ī alio
casu nimis infrigidat et fluxuꝫ ꝓcurat: ⁊
ita inducit ꝑpetuã raucedineꝫ. ¶ Quinto
notandũ ꝙ si raucus flobotomatus acce
perit aquã ca. cõsilio medicoꝝ ista potest
esse curatio. qm̃ aqua caꝉa rõne actualis
caꝉitatis linit poros ⁊ aperit. ⁊ facit ad h̃
ꝙ mã exaleṫ. ⁊ digerit etiã mãm flegmati
cam in stomaco ꝭm Auic̃. ¶ Sexto notan
dũ ꝙ doctores qui alta voce legũt ⁊ ho-
mines qui fatigãt se in loquẽdo ⁊ vocife
rando frequẽter incurrũt raucedinẽ. quo
niã ratione laboris incurrũt dolorẽ ⁊ ca
lorẽ. ⁊ ita trahitur mã humida aquosa ad
epiglotũ ⁊ cannas. ¶ In omni igiṫ morbo
diligenṫ considerenṫ cãe ⁊ cũ oĩ sollicitu-
dine abscindanṫ. ¶ Septimo aduertẽdum

Phlebotomia qn conueniat

ꝙ calidũ per se desiccat humidũ cõsumẽ-
do. ſꝫ ꝑ accidẽs humectat liniẽdo: dissol-
uẽdo: liquefaciẽdo ī mã parata. ¶ Frigida
autẽ humectãt cõseruando adunando. ꝑ
accidens aũt desiccat cõgelando ⁊ indu-
rando petrificãdo. ⁊ cũ hoc etiã alio mõ
qm̃ oĩs mala cõplexio ⁊ oĩs error virtu-
tis digestiue macerat corpus ⁊ desiccat.
nisi soluꝫ error virtutis assimulatiue ꝭm
Gal. iij. ꝑticula de morbo. ¶ Frigidũ auteꝫ
ꝑ hũc modũ potest desiccare. nõ est igiṫ
incõueniẽs eũdem effectum fieri a diuer
sis agentibus. qm̃ vnꝰ introduciṫ per se:
⁊ alter ꝑ accidẽs ⁊c̃.

¶ Capitulum quartum de tussi.

Tussis ẽ motus vir
tutis naturalis expulsiue su-
scitatus ⁊ iuuatus ꝑ aĩalẽ sen
sibilẽ ⁊ motiuã. ⁊ etiã motꝰ ꝭm dispositi
nẽ naturalẽ circa spũalia cõuersantis ad
expellendũ nociua. ¶ Intelligendũ est ꝙ si
cut sternutatio est motus cerebri natura-
lis nõ morbi. ita tussis in pectore est mo
tus nature ⁊ nõ morbi. ¶ Modus aũt est
iste. cũ aliquod nocumẽtuꝫ accidit canne
⁊ cãnalibus pulmonis. tũc virtꝰ aĩata sen
sibilis sentit illud nocumentuꝫ ⁊ suscitat
expulsiuam naturalem: ⁊ naturalis succi
tata ⁊ adiuta per motiuam aĩalem vela-
minũ ⁊ totius clibani forti impetu ꝑmi-
scent materiã: vel ꝑmiscere intendũt: qui
suple erat in canna ⁊ cãnalibꝰ cũ aere et
cũ impetu expellũt ad exteriora vel expel
lere conanṫ. ⁊ talis conatus ⁊ motus ap
pellatur tussis.

¶ Cause. Causa autem huius motus
põt esse omne illud qđ in cã
na ⁊ cãnalibus pulmonis inducit nocu-
mentum. ¶ Ista sunt quedã ab exterioribꝰ
⁊ quedã ab interioribꝰ. ¶ Si ab extra sicut
puluis. ⁊ fumꝰ. ⁊ cibꝰ acetosus. aut acutꝰ
aut vẽtosus. aut importuue sumptꝰ indu
cens gutturis offendiculũ. aut aer corru-
ptus ⁊ febris pestilẽtialis ⁊ siꝉia. ¶ Si ab-
intus sicut aliquis humor descendens a
capite infundens cannã ⁊ cãnales ꝑ viã
reumatismi prouenit etiaꝫ a stomaco. q2
mali fumi vadunt ad cannas: aut q2 com
primunṫ spiritualia. eodẽ mõ fit ab cpa-

te ⁊ eodē mo ōa splene. ⁊ sic de alijs. ¶ Si
autē fuerit ꝓpter vicia toti⁹ clibani pecto
ris: tūc aut hoc ē ꝓpter malā ꝯplexionē
calīam frigidam siccā ⁊ hūidā. simplicē
aut cōpositā. aut cū mā. aut sine mā. sicut
ē sanguis. aut colera. aut flegma. aut me⸗
lēcolia. sed raro ꝑm Auic. ¶ Aut pōt ꝓue⸗
nire ꝓpter apostemata pectoris. sicut ē
pleuresis ꝑiplemonia. aut sanies. aut vl
cus. aut aquositas. aut fe. toti⁹. ⁊ silia.

Signa.

Signa autē causaꝝ extrinse
carū sunt manifesta: aut ꝓ⸗
pter sui manifesta ōnē. aut indicio pa ē
tis. aut assistentiū. ¶ Signa capitis sunt si
gna reumatis ⁊ grauedo capitis. ⁊ spu⸗
tū cū screatu. ⁊ ꝙ sentitur aliq̄d descēde
re ad cannam. ¶ Signa aūt stomaci sunt
dolor loci ⁊ alia q̄ signant passiones sto
maci: que dicētur suo loco. ¶ Signa autē
epa s ⁊ alioꝝ membroꝝ inferioꝝ signi i
cant dolores istorū locoꝝ. ⁊ grauedines
⁊ signa suarū passionū: que dicenť suo lo
co. ¶ Signa aūt ꝓuenent a pectore apo⸗
stema ⁊ sanies habet sua signa. ⁊ etiā di⸗
cent r suo loco. ¶ Si autē fuerit ꝓpter ma
las cōplexiones: tūc si calītas est in cau
sa: ē cū calore ⁊ pūctura ⁊ q꞉ lediť a calīs
⁊ iuuatur a fridis. ¶ Et si a frigore sunt sig
ꝯtraria. ¶ Et si a siccitate cū p̄uatiōe spu
ti ⁊ asperitate ⁊ auiditate. ¶ Et si ab hūidi⸗
tate est cū quadā leuitate seu hūiditate:
⁊ cū quadā mollificatiōe. ¶ Et si ex sangui
ne ē sputū rubeū cū dulcedie oris ⁊ alijs
signis sanguinis. ¶ Et si a colera est ꝙ ex
puiť citrinū cū siti ⁊ amaritudīe ⁊ alijs
signis colē. ¶ Et si ex flegmate: est cū aceto
sitate hūida ⁊ sputo multo. ⁊ ita de alijs
signis flegma s. ¶ Et si est a melīa. est cū
acetositate stiptica: ⁊ sputū vergit ad li⸗
uorem ⁊ grossiciē. ¶ Et est intelligendū ꝙ
sputū retineť vel tussis est sicca aqua pa
rum aut nihil egreditur. aut q꞉ fit ab aliq̄
malaꝝ cōplexionū: sine mā ⁊ potissime a
sicca. aut q꞉ fit tussis ꝓpter cōp̄ssionē
diafragmatis ⁊ spūaliū siue abint⁹ aut ꝓ
pter stomacū aut epar: aut splenē aut ma
tricē. ¶ Aut exteri⁹ sicut casus ⁊ ꝑcussio. aut
aliqua fritas aeris cōsti ngentis: aut vn
guentoꝝ ⁊ similiū. ¶ Tertia cā pōt eē gros⸗
sicies aut viscositas materie nō habētis
exitū. ¶ Quarta pōt esse nimia subtilitas
quā re gigit nā q꞉ eā apprehēdere n̄ pōt
aut q꞉ aquosa subtilis. ¶ Quīta cā pōt eē
virtutis debilitas nō potentis expellere
māꝫ ⁊ est pessimū signū. ¶ Et q꞉ post co
gni ōnē: ꝓnosticatio dꝫ p̄cedere opatio⸗
nem. iō debem⁹ pronosticare.

Pronostica.

Tussis ī ydropisi ve
niēs ꝓpter ydropi⸗
sim molesta est. ¶ Tussis in senibus ⁊ decre⸗
pitis si diu durauerit molesta. ¶ Tussis ni⸗
mia ⁊ diu p̄seruās mala q꞉ ducit ad pti⸗
sim ⁊ ethicā ⁊ rupturā vene in pectore: ⁊
ad sputū sanguinis: ⁊ saniē. ¶ Ois tussis
cū reumate mala: potissime si diu duraue
rit. ¶ Ois tussis que somnum auferť mala.
¶ Ois tussis cū agrauatione est molesta. ⁊
cū multis conatibus. ⁊ eductiōe. ⁊ rube⸗
dine oculoꝝ. ⁊ cū modica expulsiōe ma⸗
lum. frequēter enim inducit rupturā. ⁊ in
febrib⁹ acut s significat mortē. ¶ Ois tus⸗
sis cū modico conatu ⁊ alleuiatōe: ⁊ mul
taꝝ veloci expulsione: ⁊ sine labore ⁊ fa⸗
tigatione optima ⁊ salubris. qm̄ signifi⸗
cat fortitudinē virtutis ⁊ mundificationē
pectoris: ⁊ eductionē materie quecūq꞉ fu
erit: ⁊ obedientiā eius ad exitū. ¶ Si quis
patiať febrē ⁊ tussim: ⁊ febris cessat ⁊ tus⸗
sis remanet. signū est recedini. ¶ Si quis
patiatur tussim humidā ⁊ cesset subito cū
grauitate in pectore remanēte. signat fu⸗
turā febrē putridā aut vlcerationem pul
monis. ¶ Ois materia cōmota ꝑ tussim et
nō hꝫ exitū virtute debili existēte morta⸗
le est. q꞉ suffocat ⁊ ducit ad oregmonem.
¶ Tussis modica prouocata in febre valet
contra sitim.

Cura.

In primis ordineť aer: q꞉ illū
nō possum⁹ effugere. ¶ Aer igiť
semper sit cōtrari⁹ morbo ⁊ si naturaliť
habere non possumus ꝓpter tēperiē āni
aut dispositionē loci. artificialiter tamen
acquiram⁹ vt calida f gidis ⁊ sicca humi
dis obuiēt. ⁊ econuerso. ¶ Et rectificať aer
epidimialis vel co ipt⁹ quocūq꞉ modo
fuerit sicut dictū est in materia febriū epi
dimialiū. ¶ Sit igiť aer mūd⁹ ⁊ pur⁹ iuxta
conuenientiā particulariū. cib⁹ sit subtil⁹
⁊ facilis digestionis ⁊ tēperat⁹ in quāti⸗
tate ⁊ ordine. ⁊ cōtrari⁹ cause morbi ꝙtū
cōsuetudo ⁊ cōplexio ⁊ etas ꝑmittū t: q꞉

morbus semper indiget cōtrarijs . ⁊ tria
dicta similib⁹. Inanitio semp cōpetit re-
pletis ⁊ resumptio inanitis. somn⁹ tēpe
ratus competit vtplurimū nisi ī materia
reumatica frigida ⁊ humida cū repletiōe
corporis vbi cōpetunt vigilie in plus. ex
ercitiū autē temperatuȝ cōpetit repletis
corpore mundificato. ⁊ ociuȝ inanitis. ac
cidentia aūt aīe infrigidatis cōpetit ira.
⁊ calefactis timor. ⁊ cōiter gaudiū leticia
balneuȝ cōpetit in declinatione corpore
mūdificato ⁊ cū materia est pauca. coyt⁹
nō cōpetit nisi in declinatione. De cura-
tione igitur ⁊ preseruatione ꝙ abstineat
ab oībus causis vniuersaliter tussiȝ indu
centibus: que in principio capituli dicta
sunt. quare nō oportet hic repetere. His
visis in generali: ad curā magis particu-
larem accedamus. ⁊ tūc oportet nos di-
uersimode ptractare ſm diuersitatē cau-
sarū. ponam⁹ igiť ꝙ causa sit calida ⁊ ꝙ
veniat a capite ⁊ cū reumate. In primis
suffumigeť caput p hūc modū. ℞. rosarū
siccaꝝ ru. electaꝝ. lib. ȝ. oīum sandal. ʒ. i.
cāphore. ℈. i. liquiř mund. ʒ. i. camomille
mellilloti. aā. ʒ. i. ⁊ ȝ. tempentur in aq̄ bul
lienti ⁊ recipiat fumū per os ⁊ nares: ca-
pite cooperto donec sudet fortiter ī capi
te. ⁊ h̄ fiat mľtis vicib⁹ iuxta ꝯueniētiam
particularium. postea teneat istas pillľas
in ore. ℞. dragāti infusi ī sirupo iulep. cu
bebaꝝ vuaꝝ pas. mūdataꝝ abarillľ. succ̄ li
quiř. aā. ʒ. i. sem̄. papaueris al. ʒ. ȝ. fiant
pillľe. cū sirupo ro. Post hoc cum mā ali-
quo modo ingrossata fuerit: ⁊ membruȝ
mādans fuerit cōfortatū fiat flōia si cor
pus ē plectoricuȝ. Et si adhuc remaneat
mā digerať sic. ℞. capillľ ve. re. M. ij. la-
ctuc̄. M. ij. quatuor se. frōrum mund. se.
malue. cubebaꝝ. pinearū mund. papaue
ris al. aā. ʒ. i. mellis. ʒ. ij. zucc̄. lib. i. fiant si
rupi lib. i. ⁊ ȝ. Mā digesta purgetur sic.
℞. floꝝ boꝝ. floꝝ viol. iuiubarum. liquiř.
mund. aā. ʒ. ij. prunorum. l. fiat decoctio:
⁊ in decoctiōe bulliāt in sacculo. mastic̄.
diagridij. aā. ℈. i. ⁊ coletur: ⁊ in colatura
resoluatur cassiefi. mund. tamarind. aā. ʒ.
i. detur in aurora. Itē vtatur istis elľrijs
℞. diapapaueris. ʒ. i. diadraganti frigidi
diapenidion sine cinamomo. zucc̄ viol.
aā. ʒ. iiij. misceātur. ⁊ sic fuerit siccitas ad
dita vtať dieta hūida resumptiua ⁊ bal-
neis ⁊ similibus que dicentur in ethica. ⁊
inungatur vnguēto resumptiuo qd valet
ptisis ⁊ consumptiuis. ℞. i ij. se. frōrum
mund. suc. liquiř. mund. dragaganti. gu-
mi. arabic̄. infusorum. candi. penidiarum
se. malue. aā. ʒ. i. medulle cerui ⁊ vituli. bu
tiri sine sale. assungie porc̄ re. olei violaꝝ
⁊ cere al. q. s. ⁊ fiat vnguentum. ⁊ inunga
tur gula ⁊ pectus ⁊ collum ⁊ dorsum. Si
autem fuerit de mala complexione tātuȝ
sola alteratiua sufficiunt. Et si fuerit cau-
sa pleuresis. aut periplemonia. aut empi
mia. curatio dicetur in suis locis. Si au-
tem fuerit in causa mala complexio frigi
da ⁊ fuerit sola sufficiunt alteratiua. aut
sola retentio anhelitus. Si autem fuerit
cum materia ⁊ sic cum reumate. curetur
primo reuma quia fere mater est omniū
egritudinum. Suffumigetur igitur per
hunc modum sicut dictum est in reumate
superi⁹. ℞. mastic̄. thuris. laudani. aā. ʒ. i.
⁊ ȝ. camomille: mellilloti. liquiř. mūd. aā.
ʒ. i. bulliant in aqua ⁊ recipiat fumum. vľ
ex istis cum ambra fiat pomuȝ ⁊ odoret
vel ex istis ⁊ cum alipta muscata ⁊ mirra
fiant pillľe cum ydromelle ⁊ teneat in ore
Et si fuerit nimis delicatus remoueanť
mirra ⁊ ponanť loco ei⁹ carice. vue pas.
mundate abarillľ. saccelletur caput cuȝ sa
le ⁊ milio. Fluxu autem temperato di-
geratur materia per hunc modum. ℞. ra
dic̄. yreos. ysopi. sana munda. origani. ca
lamīti. serpilli. capillľ ve. re. aā. ʒ. ij. liquiř.
mund. cubebarum. pinearū mundať. fe-
nugreci. aā. ʒ. i. mellis ⁊ zuccāi. aā. lib. i. fi
at sirupus. Et si fuerit senex ⁊ flegmatic⁹
⁊ tussis multum antiqua: ⁊ ꝙ non fuerit
multum delicatus: addatur bona quanti
tas prassij. ⁊ fiat sirup⁹: ⁊ sumatur mane
⁊ sero. Tamen aduertendum ꝙ omnia q̄
dantur cōtra vicium spiritualiuȝ debent
multum teneri in ore. Materia dige
stiua purgetur sic. ℞. yerapig̃. ʒ. ȝ. pulpe
collľ. mastic̄. bdellij. liquiř mund. aā. ℈. ȝ.
conficiantur cum ydromelle ⁊ fiant pillľe.
vel fiat fľagogum. de agarico ⁊ turbith.
cuius receptionem frequenter audiui-
stis et audietis. Et si materia
est melencolia addatur indigestiuo epi-
thimus: et sene et cuscute. et purgetur

cū dia sene. ⁊ diaboꝝ. ⁊ yeraruffi. raro tamē accidit de melĩa. ¶ Si est sanguinea tñ raro accidit in q̄ sufficit fl'ōia cū dieta infrātiua. ¶ Sȝ q꞉ frequēti⁹ accidit tussis de mā flegmatica: sicut in fl'aticis ⁊ senib⁹ ⁊ in mōtib⁹: ⁊ in habitātib⁹ regiones frigidas. ideo oȝ diligēter ꝑtractare. post purgationē igiꝉ ⁊ āte vtaꝉ istis el'rijs. ℞. diayris. diaysopi. diacalamēti. añ. lib. ʒ. ¶ Et si delicatus nō fuerit addātur diaprassij. ʒ. ij. misceanꝉ. vel ista q̄ ponuntur in sirupo preter mel ⁊ zuccaꝝ possunt bulliri ĩ oleo ⁊ colleꝉ ⁊ addaꝉ cera rubea ⁊ fiat vnguētum. ⁊ inungaꝉ collū ⁊ pect⁹ ante ⁊ retro vel qd̄ teranꝉ in vltimo ⁊ cū melle ꝙtum sufficit fiat cōditū quo vtaꝉ cotidie ⁊ frequēter lābendo. vel ꝙ fiāt pill'e ⁊ ꝙ teneat in ore. vel ꝙ corpore mūdificato bulliant in aqua ⁊ recipiat fumū. ¶ Si autē fuerit tussis antiqua ita ꝙ auferat somnū sibi ⁊ vicinis suis: tūc vtaꝉ ista cōfectione q̄ diceꝉ inferius capl'o de asmate. q̄ fit de sulphure ⁊ arsenico ru. ⁊ assa fetida ⁊ mltis alijs. vel suffumigādo. vel pill'as ĩ ore tenēdo. vel trāglutiēdo. ¶ Cauenduȝ tñ ꝙ ista nō fiāt in corꝑe macilēto: nec ĩ virtute debili. sed in necessitate magna ⁊ quasi in desperatione. ¶ Quia tñ multi volunt sua necessaria in singulis capitulis inuenire. receptio talium hec est ꝯ tussim antiquā ⁊ que non permittit hoīem dormire corpore mundificato: ⁊ ꝙ nō sit nimis extenuatus. ℞. sulphuris viui. mirre. castorei. piperis nigri. piꝑis lon. storacis calamite. spicanardi. costi. galbani. ysopi pulucrizati. caricaꝝ. liquiꝉ munde. apij. añ. ʒ. iij. mell' dispumati ꝙtū sufficit. ⁊ fiat cōdituȝ: ⁊ denꝉ hui⁹ cōfectionis tres pill'e ad ꝙtitatē ciceris cū intrabit lectū. ¶ Aliud est tale: cū eniȝ tussis hūida ⁊ quasi desꝑata ⁊ quasi incurabil': ⁊ cū reumate. ⁊ cū magno ꝑiculo: ⁊ ꝙ vene pulmonis ⁊ pectoris rūpanꝉ. curetur reuma ꝑ hunc modū. corpore mūdificato radaꝉ caput ⁊ inungatur cū melle ⁊ sinapis puluerizata desuꝑ ꝓiciatur: ⁊ postea ponatur supra totū caput capellus talis. ℞. stercoris colūbini. mirre. storacis calāite castorei. añ. ʒ. iij. cere. ʒ. ʒ. caricaꝝ lib. ʒ. ꝯficianꝉ cū oleo de mastice. ⁊ extendātur supra alutam factam ad modū almutie: vt bene toti capiti applicetur. ¶ Et si tussis cum reumate ex his nō curetur: fiat cauteriū in cōmissura capitis anteriori: ⁊ teneatur diu apertuȝ ⁊ mūdificeꝉ ⁊ pareꝉ sicut decet. ⁊ si tussis ex his nō curetur: curet eam deus qui scit

¶ Si autē tussiculosus pauper fuerit: ⁊ tussis fuerit de causa frigida. ¶ Primum experimentum est ꝙ retineat fortiter anhelitū ⁊ frequenter: ⁊ statim curabitur. ¶ Secundū est tale ꝙ accipiaꝉ puluis calamenti ⁊ ponatur ĩ caricis: ⁊ aliquātulū preſenteꝉ igni: ⁊ ponātur in vino: ⁊ vtatur ex istis sero ⁊ mane. ¶ Tertiuȝ est ꝙ accipiatur butirū ⁊ mel ⁊ vitella ouoꝝ. añ. ʒ. iij. piperis ʒ. ʒ. misceantur fortiter sine igne ⁊ vtatur

¶ Quartum ꝙ vtatur sulphure cū ouo sorbili: ⁊ potissime si tussis sit humida multū

¶ Quintū ē istud ĩ tussi multū hūida. ℞. diakon pipereon. diaprassij. añ. lib. ʒ. misceantur. ¶ Sextum de prassio ⁊ melle simul mixtis ⁊ fiat condituȝ. ⁊ vtatur eo lambēdo. ¶ Septimum piper cum ficubus.

¶ Si autem tussis prouenit ex stomaco et epate ⁊ alijs membris: curētur illa ⁊ ita curabitur tussis. ¶ Si autem prouenerit ꝓpter causas primitiuas abscindātur. ¶ Si auteȝ prouenerit in etate lactanti: rectificetur lac ⁊ inungatur cuȝ dragaganto infuso. ⁊ butiro sine sale. ⁊ oleo viol'. simul mixtis. vel ponantur in lacte dragagantum infusum. ⁊ penidia. ⁊ obturetur commissura anterioris partis cerebri cuȝ emplastro facto de thure ⁊ storace calamita

¶ Et si aliqua obmisi suppleat hoc diligēs amicitia lectoris.

Clarificatio.

Intelligendum ꝙ motus virtutis expulsiue aliquando est virtutis naturalis sicut in corde: ⁊ pulmone: ⁊ epate ⁊ fere in toto corpore. ¶ Aliquando est pure animalis vt in motu progressiuo. ¶ Aliquando est compositus ex animali ⁊ naturali: vt in egestioue ⁊ vrina ⁊ tussi ⁊ sternutatione. ¶ Sed aliquando animalis excedit: vt in tempore sanitatis. ¶ Aliquando naturalis vt in tempore egritudinis. vt patet in egestione ⁊ vrina. ¶ Intelligendū etiam ꝙ si in tussi expellantur solum nociua cum alleuiatione motus naturalis est. ¶ Si autem cum aggrauatione ⁊ molestia sic potest esse morb⁹. ¶ Intelligēdum

etiã ꝙ tuſſis ſicca ꝓꝓ aſperitatē citi⁹ cura tur. Si aũt ꝓꝓ cõſumptionē toti⁹ tardi⁹ lꝫ nõ ꝯpetant niſi alteratiua. in humida alteratiua ⁊ euacuatiua. iuxta illud Gal. facilius eſt rem humidã deſiccare ꝙ hu mectare ſiccam. Intelligenduꝫ etiã ꝙ tuſ ſis vtplurimuꝫ venit de nocte ꝙ de die. qꝛ noctes ſunt frigidiores ⁊ clauduntur pori: et ita agregatur materia. In die au tem euaporat. ⁊ qꝛ in nocte magis recor datur ⁊c.

De tuſſi puerorum.

Si ſint in etate lactanti: decoquat lac caprarum recenter multũ: ⁊ põa tur parũ de aqua ⁊ ſorbeat. Vel ſic: nutrix maſticet caricas fortiter: ⁊ poſt ea ponat ĩ ore pueri. idē fiat ď vuis paſ. mũď abarill. idē ď fiſticis. idē ď pineis idē de amigď dul. Et qꝛ venit vtplurimuꝫ de reumate ⁊ aptura cõmiſſure anterioris: fi at empl'm ſupra ꝯmiſſurã aut ſupra totũ caput de maſtice et thure et ficubus ſic ſis.

De tuſſi pauperum.

Si tuſſiculoſus fuerit paup: retine at frequenter anhelitũ quãtũ erit poſſibile. Et ſi non curet ſufflet ignē cotidie ſine oi pietate ⁊ curabitur. Et ſi nõ: vtat caricis cũ puluere calamēti Aut vtat pipere cõdito cũ caricis. aut ſi nõ abhorreat amara: vtat praſſio ſꝫ oēꝫ modũ acceptiõis. Vel vtat iſto medica mine. ℞. folia ⁊ ſumitates yſopi. ⁊ ſil'r ca lamēti. ⁊ eodē modo origani ⁊ ſerpilli. et decoquant in aqua ⁊ colet: ⁊ colature ad datur modicũ mell. ⁊ illa aqua ſorbeat: aut gargarizet. ⁊ illa que fuerunt adiecta cõterant: ⁊ cũ melle fiat cõdituꝫ. ⁊ vtatur iſto cõdito die ⁊ nocte lambēdo. Vl tima cura paupũ ē ꝙ puluerizet ſulphur ⁊ accipiatur cũ ouo ſorbili. Et iſta oĩa valent in cauſa frigida ⁊ humida. ⁊ quia pauperes ĩcurrũt frequēti⁹ ex h: iõ nihil aliud eis ſcribo. Sed qꝛ tuſſis paſſio eſt ita cõis: volo breuiter recapitulare. Ma terialia que valēt ꝯtra tuſſim. iſta aũt ſũt que valent ĩ cã cal'a. ordeuꝫ ſm oēm mo duꝫ ſue exhibitõis. mucillago. ſpillij. et citoniorum. quatuor ſe. frigidorum mũde. ma iora ⁊ minora. ſe. malue. ſe. papaueris. al. liquir mundď. vuarum paſ. mundď. vue paſſe mundę. endiuie. ſcorial. lactu. portul. me lones. cucurbi. auenatũ. ordeatũ. amiduꝫ farina cocta tri. colatura furfuris. capilliſ ve. re. candi. penidia. dragagantũ. oleum viol. ſiſaminũ. nenuphar. ⁊ alia ſil'ia. Et ſi cã fuerit frigida valēt iſta. radix yreos. ſquill. lilij. yſop⁹ ſaturegia. ſana munda. origanũ. calamētũ. ſerpillũ. capill. ve. re. dragagantũ. gumi arabi. orob⁹. fenugre. ſemē lini aſſũ. carice. vue paſ. fiſtici. pinee liquir. piper. aſſa. furfur. ⁊ ſil'ia. Et eſt itel ligendũ ꝙ tres ſunt paſſiões que fere cu rantur cũ eiſdē mãlib⁹. ſicut eſt raucedo. tuſſis: ⁊ aſma. Diſcret⁹ igit medic⁹ in mã lib⁹ introducat formas vel ꝑ modũ ſiru pi. vel cõditi. vel pillularum. vel trociſcorũ. vel vnguētorum. vel gargarizando. vel em plaſtrãdo. Accipiat igit vnũ vl' mlta iux cõueniētiã ꝑticulariũ. ⁊ querat mõ capi tulo de aſmate. modo de tuſſi. mõ de rau cedine.

Clarificatio. Intelligendũ ꝙ licꝫ tuſſis generet vtplu rimũ de reumate: ⁊ in reumate nõ compe tat flõia vtplurimũ. nihilomin⁹ põt ꝯpe tere flõia in tuſſi cũ reumate. ⁊ h qñ cor pus eſt plectoricũ: ⁊ cã calida: ⁊ currit ad interiora. ⁊ qũ iſta cõcurrũt in tuſſi ď reu mate: bñ põt ꝯpetere flõia ſicut frequēt dictũ eſt. Secũdo notandũ ꝙ tuſſis po teſt ſequi paſ. epatis duob⁹ modis. ⁊ ali orum mēbrorum duob⁹ modis. Aut qꝛ mã eſt tanta ꝙ cõprimit diafragma ⁊ ꝑ ꝯñs pulmo. Aut qꝛ vapores aſcendũt ad ca put ⁊ deinde cadunt ad pulmonem: ⁊ ita cauſant tuſſim: apoſtema epatis aut ma tricis: ⁊ ita de alijs. Tertio intelligen dum circa iſtã materiã ꝙ mot⁹ tuſſis põt dici vno mõ preter nãm. alio mõ ſm nãꝫ ſimpliciter tñ loquēdo tuſſis eſt morbus qm̃ ledit oꝑationes. Aut ſignificat leſio nem cũ cõcutiat pect⁹ ⁊ pulmo ⁊ totum corpus. ⁊ cã etiã eſt innãlis ſtimulãs ⁊ ir ritans nãm. Sed ſi cõſiderem⁹ finē ꝙ eſt qꝛ iſte mot⁹ eſt vt ſuꝑfluuꝫ expellat. ideo mot⁹ iſte põt eē ſm nãm. Unde natura nititur expellere nociuũ. ⁊ ita quo ad hãc inclinationē naturalē qua natura nititur ſuꝑfluum nociuum expellere. Dicit Gal. tuſſim: ſternutationē: ⁊ ſingultũ mot⁹ nã les in. v°. de morbo. ⁊ hoc comparando

ad motus morbi inordinatos vbi nullū est regimen nature. vt in spasmo vbi est nerui violenta tractio: ⁊ nulliꝰ nociui expulsio. ⁊ ideo dicitur motus morbi inordinatus vbi est nullum regimen nature. ¶ Iste autem motus in tussi ⁊ sternutatiōe ⁊ singultu: est motus cōpositꝰ ex animali ⁊ naturali. quoniaꝫ cū virtus animal' sensibilis apprehendit nociuum: excitat naturalē expulsiuam que nō apprehēdebat quia nō sentiebat. ⁊ tunc coniungūt isti duo motus ⁊ aīalis sensibilis ⁊ motiue ⁊ naturalis expulsiue: ⁊ pmiscent materiam cū aere: ⁊ vno impetu ⁊ subito expellunt ad exteriora. ⁊ talis motꝰ appellatur tussis. ¶ Et qꝛ hoc fit a virtute regitiua expellēre nociua: ideo dicit naturalis. sicut crisis bona ⁊ laudabil' appellatur motus nature ⁊ nō morbi: lꝫ fiat ī tempore morbi. qꝛ igitur tussis fit cum q̄dam precognitione: ideo significatur ꝙ ibi est motus animalis. ¶ Nunc auteꝫ intelligendum est ꝙ in istis motibus cōpositis ⁊ ex aīali ⁊ naturali: aliquādo aīalis vincit naturalem: ⁊ aliquando naturalis animalem. ¶ Naturalis autem vincit animalem in dispositione preter naturam ⁊ in tempore somni. ¶ Et animalis vincit naturalē in dispositione naturali in vigilijs. sicut pꝫ in anhelitu ⁊ egōe ⁊ similibꝰ. ¶ Intelligendū etiā iuxta illam materiam ꝙ motuum aīalium quidam sunt simplices ⁊ ꝓm naturam: vt motus progressiuꝰ quidam aūt sunt compositi ⁊ preter naturam: vt tussis: sternutatio: ⁊ singultus. ¶ Hanc autem materiā. vº. de morbo pertractauimꝰ. ¶ Quarto notandū ꝙ si cōpetat flōia in istis passionibus corpore multum pleno: fiat primo flōia de basilica oppositi lateris. ⁊ postea de mediana eiusdem. ¶ Quinto notandum quādo ysopus ponitur in causis calidis: dꝫ poni in parua quantitate. ⁊ alia in plus. ¶ Et qn̄ ponitur in causis frigidis ponatur in magna: cum tunc competit ratiōe primarum qualitatum. ⁊ ita de multis alijs possumus ītelligere hincinde. ¶ Sexto notandum ꝙ tussis sicca habet quinqꝫ causas vt dictū est. ¶ Prima. s. mala cōplexio sine materia. ¶ Secunda asperitas gutturis ⁊ cāne. ¶ Tertia priuatio materie sicut ī ptisicis ⁊ consumptis. ¶ Quarta humor grossus ⁊ viscosus. ¶ Quinta humor subtilis quē natura nō pōt apprehēdere. ⁊ si qua sunt similia. ¶ Operanduꝫ ē igitur diuersimode ꝓm diuersitatē causarum ī tussi sicca. ¶ Vltimo notandū ꝙ tussis cōiter loquēdo maior est de nocte q̄ꝫ de die. qm̄ mā euaporat in die sicut in vigilijs ⁊ exercitio. ¶ Et ī nocte agregat sicut in ocio ⁊ in somno. ⁊ qꝛ pori clauduntur: ⁊ fit decursus ad interiora. ⁊ ideo de nocte tussis grauior ⁊ potissime post somnum longū hoc autem intelligimꝰ in dispositis ⁊ paratis.

¶ Capituluꝫ quintū de ptisi.

P p Tisis ē vlcus pulmonis cū consumpione totius corporis.

Cause. Cause huiꝰ passionis sunt oīa illa que vlcerant pulmonē. ⁊ ideo matia reumatica decurrēs a capite pōt eē vna causa. siue fuerit sanguinea. siue acuta colerica corrosiua. siue flegmacita salsa. vn̄ sicut gutta aque cauat lapidē rōne freq̄ntie. ita stillicidiū reumaticū ipm vlcerat. ¶ Secūda causa pōt eē apostema oris cuꝫ rumpit ⁊ vadat ad pectoralia ⁊ nō bene mundificat. ¶ Tertia potest eē retentio menstruoruꝫ ⁊ emorroidoꝝ. ⁊ vapor corruptus ascendēs ad pulmonē. ¶ Quarta causa potest esse passiones que sunt intra clibanū pectoris: cū nō bene mundificant. sicut ē pluresis. periplemonia. sputum sanguinis. ⁊ sanies in pectore aggregata. ⁊ similia. ¶ Quinta causa pōt eē nimia caliditas exterior. ⁊ frigiditas rumpens venas. casus ⁊ percussio. aer ventosus. ⁊ longa mora in cauernis minearuꝫ ⁊ iuxta fornaces vbi funduntur metalla. ⁊ operari argento viuo. ¶ Et oīa ista que stringūt ⁊ ledunt pectꝰ ⁊ pulmoneꝫ: sicut aer autūnal' ⁊ silia.

Signa. Signorum quedam signāt pparationē ⁊ dispositionem ⁊ quedam signant actum. ¶ Istorum autē que signant dispositioneꝫ ad ptisim sunt sicut habere colluꝫ longum. ⁊ humeros

De ptisi. 12. 3ª Autumnus ptisicis malus. 19º 3ª Si vō estas sicca ⁊ borealis fuit. Autumnus vō pluuiosus ⁊ australis. capitis dolores. hyeme ⁊ tusses ⁊ branchi ⁊ raucedo est. quibusdā vō ⁊ ptisis. 23. 3ª Autumno vō ⁊ 30. 3ª 8. 4ª ptisis vō ... 11. 5ª ptisis fit maxime etatibus a 18. annis usque ad 35. annos. 13. 5ª Qui a ptisi molestant si sputū quodcumque sup carbones exspuunt fetet effusum. ⁊ capilli a capite defluunt mortale est. 19. 5ª Quibuscumque ptisicis defluunt capilli si diarria superuenerit mortale. 16. 7ª 66. 5ª ... 16. 7ª In sanici sputo sit ptisis ... vbi saliua retinetur moriuntur. [illegible]

eleuatos.⁊ tibias tortuoſas.⁊ aduenit li
benter illis qui defacili incurrūt reuma:⁊
qui habent pectus ſtrictum.⁊ qui ſunt ex
tenuati corporis.⁊ potiſſime cū ſunt ver
ſus autumnum.⁊ cum ſunt mali regimi-
nis.et cum ſunt ab etate.xviij. annorum:
vſq ad .xxxv.quoniam pueris ⁊ ſenib⁹
tarde aduenit.¶ Autumnus autem dete
git ptiſicos:quia in autūno manifeſtan-
tur.⁊ etiaꝫ in autōno ſi fiunt moriuntur.
¶ Sig̃ aūt maīfeſta ſꝫ febris ethica lēta .⁊
laborāt magꝫ ⁊ agrauāť magiſ p⁹ cibū ꝙ̄
ante.¶ Et cū hoc adeſt tuſſis graucdo pe-
ctoris.ſputum ſanioſuꝫ. rubedo maxilla
rū. ¶ Intelligendū circa iſtaꝫ materiā
ꝙ duplex eſt ptiſis.quedā proprie dicta
⁊ iſta eſt ꝑꝑ vlcus pulmonis.¶ Et quedaꝫ
largo mō eſt:vt qñ venit ꝑꝑ vlc⁹ trachee
arterie ſeu cānaliuꝫ pulmonis.¶ Aut qꝛ ꝓ
uenit ꝓpter vlcera que proueniunt in ve
laminib⁹ pectoris. ¶ Signa aūt diſtin
ctiua ſunt iſta.qñ prouenit a cānalibus:
adeſt dolor in medio colli.⁊ fetor oris.
¶ Et ſi fuerit vlc⁹ in ſubſtātia partis anulo
ſe:nō recipit curationē.¶ Et qñ eſt vlc⁹ in
ter duos anulos pōt recipere.⁊ iō quan
do ꝑforať gula inter duoſ anulos poteſt
curari ſed ſi recte in anulo nō.¶ Si aūt ꝓ
uenerit in aliquis partib⁹ pectoris ꝑ̄ter-
ꝙ̄ in pulmone.ſignū hui⁹ eſt quoniā ma
gis laborat vna hora ꝙ̄ alia.¶ Et ſecūduꝫ
ſignū pōt haberi experimēto.qm̄ ſi filuꝫ
intingať in aqua ſanguinis draconis:et
circūcingatur pectori:vbi citius deſicca-
bitur ibi eſt minera.¶ Et tam̄ vlcera pecto
ris poſſūt recipere curationē.⁊ quia ve-
ne ſtricte ⁊ parue.⁊ quia ſunt partes ma
gis carnoſe.¶ Si autē vlcus fuerit in pul
mone:tunc ſigna diſtinctiua ſunt multa.
¶ Primū qm̄ multū leduntur a quocūqꝫ ae
re excedēte ſiue calido ſiue frigido.¶ Se
cundū ſignū eſt quia tuſſis eſt magis vio
lenta.¶ Tertiū ſignū quia non poteſt iace-
re in aliquo laterum.¶ Quartum ſignum
dolor ſpatule ſiniſtre ⁊ mamille ſiniſtre.
⁊ tunc iſtud vlcus eſt per modū abraſio-
nis cuiuſdaꝫ.⁊ adhuc poſſunt curari.¶ Et
ſi fuerit vlcus corroſiuum profundatum
ſanioſum:impoſſibile eſt ꝙ cureť niſi cu
ra Gal.quam ponit in de interioribus.
quoniam multos curauit quorum nullus
euaſit.¶ Ulcera igitur ſanioſa pulmōis
non recipiunt curationem propter mul
ta.¶ Primum qꝛ vlcus iam eſt fiſtulatum
ꝓfundum.¶ Secundum eſt quia ibi ſunt
multe vene ⁊ arterie ⁊ magne.¶ Tertia ra
tio quia pulmo eſt in continuo motu.
¶ Quarta ratio eſt quoniam vulnus non
poteſt mundificari niſi cum tuſſi ⁊ in tuſ
ſi eſt motus fortis ⁊ validus.⁊ ideo facit
ad dilatationem vlceris.quare tuſſis aut
ſedabitur aut non.¶ Si ſedetur moritur
ſuffocatus.¶ Si non vulnus dilatabitur
⁊ vena rumpitur. ¶ Quinta cauſa po-
teſt eſſe quia locus in profundo ⁊ virtus
medicaminum non poteſt attingere.⁊ ſi
attingat cum modica virtute. ¶ Sexta
poteſt eſſe carentia medicaminum con-
uenientium.quoniaꝫ ſi medicamina ſint
calida augmentabitur febris:cum ſemꝑ
febris ethica cōcomitetur.¶ Et ſi ſint frigi
da nō poterit virtus penetrare.¶ Et ſi ſint
ſicca deſiccabit corpus ⁊ conſumetur:cū
ſint conſumpti.¶ Et ſi ſint humida opila-
bunt ⁊ putrefacient.⁊ ita medicamīa pa
rum iuuant. ¶ Septima cauſa poteſt
eſſe ſi qui vellent quoniam pauci ſunt me
dici qui bene ſciant diſtinguere. ⁊ propť
abominatōꝫ ſputi nolunt oculum appli-
care.aut quia patientes a principio no-
lunt ſe medico oſtendere donec egritudo
ſit confirmata.protanto quia parum mo
leſtantur.⁊ alia fere innumerabilia que
cadunt circa iſtam materiam.¶ Et intelli-
gendū ꝙ ptiſici aliquando expuunt tuſſi
endo partem pulmonis.¶ Aliquādo par-
tem venaꝝ.aliquando partem anulorum
aliquando lapides.

¶ **Pronoſtica.** Ptiſis antiq̄ta non recipit curationē:qñ
ſputū ptiſici cadit ſupra carbones ⁊ fetet
expediti ſunt.qm̄ nūꝙ̄ calcabūt terrā . Ƀ
ſuppoſito ꝙ ſigna dicta ꝑ̄ceſſerint. qm̄ a
liquādo eſt ꝑꝑ empima.⁊ infiniti decipi-
unť Ƀ:niſi ꝙ odor dꝫ eſſe grauis ſicut car
niuꝫ aſſataꝝ qñ ꝓuenit ex pulmone.¶ Si
aūt ſanies cadat ad funduꝫ aq̄: ptiſicus
eſt incurabilis. niſi ꝙ aliquando miſceť
flegmati viſcoſo.⁊ tunc ſupernatat.⁊ tūc
decipitur medicuſ niſi ſepararet cū ligno
¶ Si autem ſit in medio iam parat ſe ad
confirmationem. ¶ Et dicit Auice. ꝙ ſi

pustula appareat supra spatulas morik infra septē dies. Dicit etiam Auic. ꝙ ipse vidit ptisicā cuiꝰ vita ꝓlongata est p .xxiij. annos. Notandū ē ꝙ ptisis pōt longo tpe palliari in pueris ⁊ senibꝰ ⁊ pinguibꝰ ⁊ carnosis. Signa autē que signāt ptisicū morti approximatū sunt casus capilloꝝ. incuruatio vnguū. ꝓstratio appetitus. difficultas anhelitꝰ. retentio sputi. fluxus vētris. ⁊ inflatio tibiaꝝ. Et vtplurimū ptisici expediunt cū folia cadūt ab arboribꝰ. Cauendū ē igik diligenk in ꝓnosticatiōe ptisicoꝝ: qꝛ loquēdo moriunk ⁊ moriēdo loquunk.

Clarificatio. Intelligendū q̄ hanelit' retinet aut voluntarie aut coacte. Si coactiue statim fit mors tū ꝓpter carentiā infrigidationis: tū pp carentiā euētationis ꝛ expulsionem fumosarū superfluitatum. ꝛ ideo homo repēte moritur sicut strāgulati. Si autē hanelit' retineatur volūtarie: tunc hō satis diu pōt esse sine hanelitu. sicut videm' in illis qui stant oīno sub aqua. ꝛ in lōga retentione hanelit' volūtaria q̄m volūtaria fit cōtinua euaporatio naturalis licet non sit sensibilis. Cū aūt cāna ꝯstringit violent' nll'a fit euētatio nec sensibil' nec ī sensibil': ꝛ iō fit mors. Aliter igit' est de retentione hanelit' volūtaria: ꝛ aliter d' nō volūtaria. Secūdo notandū q̄ licet mēbrum sit calidissimū: nihilomin' cū approximatur morti pōt esse frigidū. Et ita hanelitus licet veniat ad cor pōt eē frigid': aut q2 remisse calidus aut q2 frigid'. q̄m cor īfrigidatū est. ꝛ ideo hanelit' frigidus in fe. acutis signū pessimū ꝛ mortale. Tertio aduertendum q̄ frida stiptica bñ possunt cōpetere in malicia hanelit'. sicut sī sandali. cāphora. ꝛ succ' portul'. ꝛ similia Et hoc dico qñ virt' motiua lacertorū debilitata est pp nimiū calorē: ꝛ nimiam corporis raritatē. Quarto considerandū est q̄ motus hanelit' ꝑtim fit a virtute naturali regitiua. ꝛ ita fit partim a virtute cordis cū illa moueat dillatādo ꝛ ꝯstringēdo Et forte fit ex illa virtute q̄ informat. q2 q̄ dedit formā dedit ꝛ motū. ꝛ partim etiam fit a v̄tute naturali attractiua q̄ trahit et dillatat ex desiderio. ꝛ ex virtute expulsiua: q̄ vʒ ad expellendū nociua. ꝛ ita facit ad expulsionē licet motus virtutis naturalis nō appareat nobis māifeste existēte corpore sub dispositione naturali. Virtus igitur naturalis ꝛ virtus vitalis reponantur sub dispositione virtutis naturalis regitiue. Nunc autem ita est q̄ motus virtutis animalis vincit naturalem in tēpore vigiliarum. Sed motus virtutis naturalis vincit animalem in tempore somni. Ultimo notandum q̄ motus dillatationis ꝛ constrictionis ꝓcedunt ab eadē virtute. Sed cum diuersis vill' diuersa faciunt modo dillatando. mō costringēdo.

Capl'm. ix. de pleuresi.

vide pag. 182

Pleuresis est apostema calidum lacertorum seu pāniculorum seu velaminū costarum interiorum clibani pectoris. Intelligendū ē q̄ duplex est pleuresis. quedam vera ꝛ quedam non vera. non vera aut est in lacertis seu carne costarum exteriorum. aut in costis falsis que sunt sub diafragmate. siue sint exterius siue interius. siue cū fit ex ventositate. Pleuresis autem vera fit in velaminibus costarum interius. ꝛ potissime in parte vbi velamina coniunguntur costis. Quoniam quidā est panniculus qui tegit costas interius. ꝛ quidam est qui diuidit spiritualia a nutritiuis: ꝛ appellatur diafragma. ꝛ quidā est qui diuidit pectus s'm longum in duas partes. Nunc autē in partibus remotis a costis in istis velaminibus non potest generari apostema. sed in partib' in quibus coniungunt' costis cū ibi sint vene ꝛ arterie ꝛ aliqua carnositas ꝛ humores. ꝛ ideo pōt ibi causari apostema ca. Est igitur pleuresis vera apostema velaminum costarum interiorū. ꝛ est apostema ca. aut quia materia ē ca. aut quia acquisiuit caliditatē ex putrefactiōe. Siūat āt pleures' ī vtroq3 latere ꝛ ī late dextro ꝛ ī latere sinistro. Sed illa que est in latere sinistro ē magis piculosa. sed veloci' terminatur. Sed illa que est ī parte dextra non est ita periculosa. sed tardi' terminat' s'm auic. Nunc autem istud apostema terminatur multis modis. aliquando insensibiliter. ꝛ per euaporationē. ꝛ est melior terminatio. Aliquando autem resudat ꝛ sicut resudat vadit ad pulmonem ꝛ expellitur cum tussi. Aliquando terminatur per saniem et vadit ad cannales pulmonis. Aliquando vadit ad concauitatem pectoris et mundificatur in quadraginta diebus. quoniam pulmo cū dillatatur imbibit sibi illā materiam. ꝛ cū constringit

impellit ad cannales.τ tūc expellit cum tuſſi.ſicut docet Gal' in de interiorib⁹.

¶Aliqñ mā pleureſis indurat τ lapideat. aliqñ vadit ad vias vrinales ꝑ venā magnā.aliqñ vadit ad inteſtina.aliqñ trāſmittit ad alia mēbra multa ſicut videm⁹ capl'o de ſignis.

¶**Cauſe.** Pleureſis cauſat aliquādo a cauſis extrinſecis:aliqñ ab interiorib⁹.¶Si ab exteriorib⁹ ſicut eſt nimio calore τ frigore.τ potiſſime cū ſuperuenerit mot⁹ nimius.τ ꝓuenit a potatione nimia vini puri.aut a nimia potatiōe aque frigide.aut quando vent⁹ borealis venit poſt auſtralem.τ ꝓuenit ex diſpoſitione ſm ꝓprietatē:aut attributionē tempoꝝ anni.τ ideo frequētius venit in vere ꝙtum eſt ex proprietate plenitudinis. et plus in eſtate quātū eſt ex abundantia colere.τ plus in autūno ꝙtū eſt de melīa τ plus in hieme quantū eſt de flegmate. ¶In ſenib⁹ aūt raro venit.τ ſi venit ē magnum periculū.rariſſime venit in accide ructuatibus.¶Si aūt prouenat a cauſ intrinſecis:tūc cā antecedēs eſt repletio totius corporis.τ potiſſime cuꝫ ſuperueniat ſubito vehemēs frigiditas in aere. ¶Cauſa aūt immediata eſt vtplurimū colera.ſecūdo ſanguis:tertio flegma.quarto melīa.¶Ueto ſitas etiā ꝑt eē cā:ſꝫ nō ē vera pleureſis.

¶**Signa.** Signoꝝ quedā ſunt que ſignificant pleureſim ipſam. τ quedā ſunt que ſignificāt humoreꝫ peccantē.τ quedā ſunt que ſignificāt tempora morbi.τ quedā ſūt que ſignificāt trāſlationē m⁹.ad aliā ꝑtem.τ quedaꝫ ſunt q̄ ſignificāt ſalutē.τ quedā ſunt que ſignificant mortē.τ quedā ſunt que diſtingunt inter hoc τ illud.τ ita ſigna ꝓnoſtica cōprehendentur in iſtis nec oportet ponē rubricā de hoc.¶Et cognoſcim⁹ etiā ꝑ iſta qñ egritudo erit longa:τ qñ erit breuis. ¶Et ꝑ iſta ſciem⁹ longitudinē ſtatus a pricipio.τ ex his pendet tota curatio.¶Agamus igitur primo de primis. ¶Signa aūt que ſignificāt pleureſim ſunt.iiij.ſm A.in de criſi.¶Primū.ſ.dolor lateris cum punctura.q: ibi eſt quadruplex cā doloris.mala ꝯplexio:τ ſolutio cōtinuitatis. τ cū h̄ mā que iā exiuit orificia venaꝝ.et illa que adhuc abundat in venis.¶Scōm ſignū eſt fe.cōtinua q: mā ē putrefacta i locis ꝓximis cordi.¶Tertiū eſt difficultas anhelit⁹ ꝑp ꝯpſſionē pulmonis.¶Quartū eſt tuſſis cōcomitās:ꝑp illud ꝙ reſudat ad cānales.¶Quintū ſignū ꝑt addi pulſus ſerrin⁹.q: morb⁹ ē in mēbro pāniculoſo niſi ꝙ multū occultat h̄ diſpoſitio:qñ mā eſt flegmatica.¶Signa aūt humoris peccantis:ſunt iſta.qñ ſi eſt ex colera: vrina eſt citrina intenſa τ tenuis.τ pulſus durus τ velox frequēs.τ dolor acut⁹ pūgitiuus multū intenſus.τ ſputuꝫ citrinum. ¶Alia ſigna colere diſcurrēdo ꝑ res nāles τ ꝯ naturā.¶Si aūt ſan.fuerit in cauſa vrina erit rubea τ ſpiſſa.τ pulſus plenus. τ ſputuꝫ ſub rubeū.¶Et intelligendū hic ꝙ ſputum rubeū eſt valde malum:q: ſignificat venā ruptā.¶Et tūc cōpetit cōtraria curatio:ſicut in ydropiſi cū fe.quoniā pleureſis indiget mūdificatiuis.τ vena aperta cōſtrictiuis.¶Sputū autē ſub rubeū ē bonū a principio:q: atteſtat ſupra dominū ſan.q̄ inꝙ de facili digerit τ venit per viam reſudationis a pāniculo nō ꝑ viaꝫ rupture.¶Cognoſcit igit ſan.ꝑ iſta ſigna: τ ꝑ alia que atteſtāt ſupra dñiuꝫ ſanguinis.¶Flegma aūt diſcernit q: vrina eſt remiſſa:τ pulſus inordinat⁹.τ ſaliua ē multa:τ ſcreat⁹ eſt flegmatic⁹:τ ſomn⁹ grauis ¶Materia aūt melīca diſcernit: q: dolor nō eſt mult⁹ nec intenſus nec acut⁹:τ ſputum liuiduꝫ:τ vrina remiſſa. τ alia ſigna que atteſtant ſupra melīaꝫ:qñ rariſſime accidit ex melīa.¶Tertia ſpecies ſignorū ſumit ex tꝑibus morbi:τ habent a.H.libro ſecūdo.de criſi.¶Totū igit illud tꝑus in quo nihil expuitur.aut indigiñ vt liqduꝫ aquoſum aut groſſuꝫ: ſiue viſcoſum globoſum aut cū laborioſa tuſſi. principum eſt morbi.τ cū incipit expuere aliqualiter digeſtum τ cū alleuiatione τ cū mīori labore.tūc eſt augmētū.τ qñ ſputū eſt albuꝫ τ leue τ equale τ cū facili tuſſi τ alleuiatione tūc eſt ſtatus.¶Et cū iſta incipiunt minui.τ fe.minorari tūc eſt declinatō ¶Et eſt intelligendū ꝙ ſi principiū morbi eſt longū:tota egritudo erit lōga.¶Et qñ principiū eſt breue:tota egritudo erit breuis. ¶Nūc aūt pleureſ.s de co.in eſtate in iuuene virtute forti exiſtēte.breuis ē

terminationis. ¶ Si aūt oīa pticularia non cōueniant: terminabit̄ vtplurimuz ī. xiiij. die. ¶ Quādo aūt materia est frigida ⁊ tp̄s frigidū. tunc ꝓlongat̄. ⁊ ideo ex̄tēditur fe. vsqꝫ ad. xx. diem aliqñ vsqꝫ ad. xxxiiij. sic̄ ī antio: aliqñ etiā plus. ¶ Et de hoc etiā dicebat ypo. de pleuresi nō vera: aut d̄ pleuresi a materia frigida. ¶ Apostematuz quedam in. xx. quedaz in. xl. rupturam differunt. ¶ Necessariuz est ergo medico vt saltiz q̄daz ꝯiectura, ꝓx̄ia veritati cognoscat elongationez status a principio. ¶ Sicut igitur tēpora morbi cognoscuntur ꝑ vrinam in egritudinibus epatis ⁊ venaruz ⁊ in egritudinibus stomaci ⁊ intestinorū ꝑ egestionem. ¶ Et ita tempora morbi in egritudinibus pectoris ⁊ pulmonis cognoscuntur per sputuz. ¶ In egritudinibꝰ igitur pectoris ⁊ pulmonis sputū diligēter consideretur. quia aliter nesciremꝰ ꝓnosticare: nec dietare: nec curare. ¶ Est igitur regula ꝙ in pleuresi ⁊ periplemonia quanto plus expuit tanto plus alleuiat̄ ⁊ ideo plus accedit ad statum: tanto plꝰ alleuiatur: quia in pleuresi salubri status non est nequior hōꝝ. ¶ Pro tanto qꝛ sicut materia resudando exit panniculum: ita expellitur. ⁊ ita semper vadit alleuiando quoniam ibi non est status quo ad accidentia: sed quo ad digestionē ¶ Quarta species signoꝝ sumitur ex que signant translationē. materia eniz pleuresis sinthortice transmittitur ad coꝛ cuius signū est sincopis. ¶ Aliquando transmittit̄ ad pulmonez. cuius signuz est qm̄ doloꝛ nō est ita acutꝰ. sed difficultas anhelitus est maioꝛ. ¶ Aliquando aūt transmittitur ad ptisim. cuius signuz est calefactio maioꝛ post cibum. ¶ Aliqñ mittitur ad cerebrum cuius signuz frenesis ⁊ alleuiatio. aliquādo mittit̄ ad neruos. cuius signuz ē spasmus: ⁊ oēs iste delegatiōes sunt pessime ¶ Aliquādo tam̄ mittitur retro aures. ⁊ tūc posset esse bonuz cuz aliis multis bonis signis. ¶ Quita species signoꝝ sumit̄ ex his que distingūt signa distinctiua int̄ apostema epatis ⁊ pluresi. quoniā in apostemate epatis pulsus est nudosus: ⁊ doloꝛ est sub diafragmate in dextra parte ⁊ tussis est sicca. doloꝛ non est acutus. ⁊ si est in fimo egestio est sicut lotura carnis. ⁊ si in gibbo vrina est spissa cōfusa ⁊ tumoꝛ est ad modum nouacule. ¶ Illa aūt que distingunt inter pluresim ⁊ periplemoniā sunt ista. quoniā in periplemonia pulsus est nudosus ⁊ doloꝛ non est acutus ⁊ difficultas anhelitꝰ ē maioꝛ et doloꝛ int̄ duas spatulas: ⁊ maxille rubēt ¶ Illa autem que significant frenesim sunt nigredo lingue ⁊ arriditas ⁊ vrina remissa. ⁊ qꝛ dolores lateꝝ nō precesserunt.

¶ Sextuz signuz sumit̄ ex his que significant salutez. sputuz albuz leue ⁊ equale ⁊ cū modica tussi ⁊ cū alleuiatione patiētis. ⁊ ꝙ cōtinuetur. ⁊ ꝙ cito appareat in principio. proculdubio salutem significat ⁊ potissime qñ alia signa conueniūt. sicut est bonitas somni ⁊ appetitꝰ ⁊ bona tollerantia. ⁊ ꝙ applicatio medicaminū conferat. ⁊ ꝙ egestio nō sit frequēs nec liquida: sed iuncta ⁊ equalis. ⁊ hora solita. et ꝙ vrina vergat ad rubedinē ⁊ ad quandā mediocritatē. ⁊ ꝙ cito incipiat facere bonam residentiā. ¶ Et est intelligenduz vnaz bonaz regulaz de vrina s̄m intentionem ysaac. ¶ Urina in egritudinibus epatis ⁊ venaruz: certam habet significationē siue fuerit bona siue mala. ¶ In egritudinibus autez que sunt extra venas sicut in pleuresi ⁊ similibus. ¶ Si vrina fuerit laudabilis bonuz est sed nō est signū certuz salutis. ex aliis eniz potest periclitari. ¶ Si autē vrina fuerit mala ⁊ indigesta ⁊ ita de aliis malis cōditionibus: certuz est signuz ad mortē. quia postꝙ digestio deficit in radice bene deficit in ramis ¶ Septimū signuz sumit̄ de pronosticatione ad mortē oīa signa. iiii. pleuresis si fuerint multū intēsa ⁊ laboriosa mortē significant. sicut ē doloꝛ vehemēs ī niuem cū virtus totaliter ꝓsternat̄ ex vehementia doloris. ¶ Similiter vehemēs difficultas anhelitꝰ ⁊ frequētia: cū frequētia addat in caliditatē: ⁊ caliditas in frequētiaz ⁊ ita fit circulus cū vnum addat in aliud. ¶ Similiter tussis laboriosa cuz impediat somnū ⁊ cibū. ¶ Similiter fe. fortissima cū sit molestioꝛ oībus morbis. sicut scribit̄ viii. de ingenio. ¶ Ex sputo similiter accipiuntur signa mortalia. sicut cū est liuidum nigruz viscosuz: ⁊ cū laboriosa tussi. ¶ Similiter cū nō pōt expelli. quia debilitas

virtutis ⁊ lacertoꝝ significaẗ aut mᵉ. vi/
scositas ⁊ grosicies. ¶ Et est intelligen
dum ꝙ in oi egritudine pectoris materi/
ali si nō potest expelli: aut si expellatur ⁊
subito retineaẗ: grauedine manente mor
tale est. dato ꝙ materia esset digesta: qm̄
pre focat. ¶ Egestio frequēs ⁊ liquida ma/
la. vrina tenuis aut spissa: liuēs viridis ⁊
nigra: sūt signa mortalia. similiter pulsus
debilitans. ¶ Et est intelligenduꝫ ꝙ in
pleuresi ⁊ in quacunqꝫ egritudine si medi
cus recte opereẗ: ⁊ nullꝰ error intercadit
si patiens propter medicamina recte ap
plicata vniuersalia ⁊ particularia nō alle
uieẗ sed potius aggraueẗ. signuꝫ est pes/
simum ⁊ mortale. ¶ In talibus igitur non
est insistendum. ¶ Uisis igitur signis et
visa pronosticatione ad curā accedamꝰ

¶ **Curatio.** In primis consideremus vtrū fuerit constipatus et
ſm cōuenientiā ꝑticulariuꝫ. fiat sibi sup/
positoriū vel clistere. deinde applicentur
calefactoria: qm̄ attrahunt vel curāt: aut
digerūt. si corpꝰ nō est plectoricū curant.
si corpus est plenū dolorē augmētant. et
ita digerūt. qm̄ vniuersaľ purgatio debꝫ
ꝑcedere. si dolor descendit mā videẗ gra
uis. ⁊ tūc purgeẗ cū violis ⁊ cassiaf. ⁊ mā
na. tm̄ Gal. voluit ꝙ tutiꝰ est in omni do/
lore siue ascēdente siue descendēte facere
flōiam. ¶ In pleuresi igiẗ corpore pleno
⁊ virtute forti: fiat primo flōia ſm Auic.
de saphena eiusdeꝫ lateris. deinde si ple
nitudo adest de basilica oppositi lateris
deinde de basilica eiusdē lateris. ¶ Et est in
telligendū ꝙ ſm. G. doctrinā supra illaꝫ
parteꝫ. quando dolor ad spatulas ⁊c. ab
epate em̄ ꝓcedit quedaꝫ vena que ꝓten
ditur vsqꝫ ad cor. ⁊ deinde truncus ascen
dit rectꝰ vsqꝫ ad duas guidegī. ¶ Sꝫ post/
ꝙ ꝓcedit a corde: quidā ramus egrediẗ a
trunco recto versus dextrū ⁊ sinistrū ⁊ cō
stituit basilicā in curuatura brachij. ¶ Iste
igitur due basilice equaliẗ hauriūt ex pu/
teo: ⁊ ideo equale essꝫ quātū ē ex ꝑ de flo
botomia de quacunqꝫ ꝑte fecerit. qr equa
lis est distātia. sꝫ aliud ē qm̄ vene capilla
res que nutriūt costas superiores habēt
colligantiā cū venis capillaribꝰ que ꝓce
dunt a basilica. ⁊ ita si fieret flōia in prin
cipio corpore pleno de eodē latere fieret

tinctus ad locum per venas capillares.
⁊ ita faceret ad augmētū. ⁊ si egritudie cō
firmata in corꝑe nō existente plectorico
fieret ꝑ opposita. tūc fieret tractꝰ materie
corrupte ad mēbra nobilia. ¶ Restat
igitur ꝙ in principio corꝑe plectorico ex
istente debet fieri flōia de basilica oppo
siti lateris. aut de saphena eiusdē partis
postea fiat de eadē ꝑte. ⁊ dicit Gal. ꝙ si
nō inueniaẗ basilica qͦ fiat de mediana.
⁊ si nō iueniatur de mediana ꝙ fiat de ce
phalica. ¶ Quia de quacunqꝫ parte fiat a
toto corpore fit euacuatio. ¶ Attamen
intelligendum ꝙ flobotomia ⁊ farmacia
sunt multuꝫ conseruanda ne virtus debi
litetur. quia virtus est que curat morbos
deinde fiant calefactoria. ¶ Et si materia
est colerica fiat calefactorium cum spon/
gia: aut cum vase eneo vitro terreo vel
cupreo. et ita de alijs. panno interposito
inter latus ⁊ vas. ¶ Si autem materia
fuerit grossa viscosa fiat calefactorium de
orobo. fenugreco. et furfure contrictis
⁊ positis in sacculo ⁊ bullitis in aqua.
vbi sit acecum: ⁊ compressis fortiter ⁊ la/
teri applicatis. ¶ Sed in omnibus istis
debet esse cautela ꝙ postquam incipiunt
infrigidari ꝙ remoueantur. ¶ Si autem
materia fuerit sanguinea aquosa fiat cale
factorium de sale ⁊ milio torrefactis: ⁊ in
sacculo positis. ¶ Deinde vtatur tali potio
ne gargarizando. sorbendo diu in ore te
nendo. ℞ Recipe radͦ. brusci. spargi. grami
nis. an̄. ℥. i. endͦ. scariole. an̄. ℥. ij. capillis ve
neris re. ordei. an̄. libras quinqꝫ. quatuor
se. frigidorum minorum ⁊ maiorum. sem̄
papaueris albi. liquire munde. cubbeba
rum. ℥. i. melľ. ℥. ij. panis zucca. libr. i. fiant
sirupi. libr. i. ⁊ ℈. ¶ Et si materia essꝫ fri
gida aut tempus frigidum ⁊ materia dif
ficilis exitus: possumus addere mellis a
lias. ij. ℥. et radiċ. yreos. ⁊ ysopi. ⁊ apij.
an̄. ℥. ℈. ⁊ etiaꝫ modicuꝫ aceti. ¶ Si tussis
esset debilis ⁊ non timemus de strictura
pectoris. oportet igitur ista addere ⁊ illa
diminuere iuxta cōuenietiā particulariū
¶ Cū aūt nos videmꝰ ꝙ predicta nō iuuāt
sicut deberent. tūc faciamꝰ emplastrū tale
maturatiuū ⁊ mitigatiuum. ¶ Postꝙ vide
mus ꝙ egritudo incipit prolōgari. ℞. ra/
dicem malue, orobi, fenugreci. semen lini.

nasturcij.se.feni.amigd.dul.gumi arabic.
cubebe.liquir.munde.añ.ʒ.i. cōquassent
⁊ bulliāt in aqua ⁊ fiat emplastr̄ cū oleo
sisamino. Et si materia esset multū calida
fiat vnguētū de populeō.⁊ butiro sine sa
le ⁊ assumgia anetina.⁊ oleo viola.⁊ cera
alba. Et ista olea ⁊ vnguēta ⁊ emplastra
possunt poni ī lana succida ⁊ pectori ap
plicet.⁊ ꝙ stet ibi ꝑ vnā horā vel ꝑ duas
⁊ modo apponat vnū modo aliud.

Modo videndū est de dieta. dieta enim
oꝫ ꝙ diuersificet ꝯm elongationē stat⁹ a
principio. quādo igit paruz spuit paruz
danduz est.⁊ qñ plus spuit plus dandū
est.⁊ quando egritudo est tarde termina
tionis plus dandū est: q2 virtus nō pōt
tollerare.⁊ qñ egritudo breuis est modi
co cibo pt̄ esse cōtent⁹: q2 virtus bene po
terit tollerare.⁊ quādo paruz expuit pa-
rum est dand ꝑ cōpatione ad vnaz exhi-
bitionē. q2 virtus videt debilis ⁊ nō pos
set digerere vna vice. Et si multum expu
it videtur fortis virtus.⁊ sic multuz de ci
bo ꝑ compationez ad vnā exhibitionem
licet parum dem⁹ ꝑ compatione ad totū
morbū. q2 morbus breuis terminatiōis
est. Nullus igitur pt̄ dietare nisi qui co-
gnouit elongationez status a principio.

Pleureticus igitur sit content⁹ aqua or
dei colata. aut si nō saltim aqua ordei cū
toto h est dicta ptisana spissa. Et si egri-
tudo elonget vtat ordeato aliquantuluz
de mane ⁊ min⁹ de sero. Pleureticus
aūt pt̄ vti octo potibus. primo.s. aqua or
dei cum volum⁹ nutrire: infrigidare ⁊ mū
dificare. Secundo pt̄ vti ydromellis
aquatico.s.ʒ.i.mellis.⁊ libram vnā aque
fontis cum volumus fortius incidere et
abstergē. Tertio pt̄ vti vino albo de
bili aquoso nato in mōtanis cū multitu-
dine aque.⁊ h cum volumus magis vir
tutem cōfortare.⁊ isti duo potus miscen
tur in principio.⁊ cum materia ē calida.
Quartus potus pt̄ esse sirup. iulep: h
est aqua fontis cum pane de zuccaro. cū
est delicatus ⁊ volumus infrigidare.
Quintus potus pt̄ esse succus malorū
granatorum dulciuz cuz multa aqua fon
tina: cum volumus humefacere ⁊ confor
tare. Sextus potus pt̄ esse talis Re
cipe aque fontis lib.i.mellis aceti.añ.ʒ.ȝ
panis zuccari.ʒ.duas misceantur: ⁊ ē po
tus diuinus pro delicatis cum volumus
infrigidare ⁊ mundificare. Septim⁹
autem potest esse brodium parue pulle.
Cum homo est delicatus ⁊ debilis ⁊ ple
nus fastidio. Recipe pullam albam par
uam ⁊ decoquatur cū multa aqua fontis
⁊ lactucis aut seminibus frigid's sine sa
le ⁊ carnibus salsis. ⁊ omni alio benefi-
cio.⁊ decoquatur vsque ad ossium sepa-
rationem. et vtatur illo brodio per inter
ualla omni pinguidine remota. si qua es-
set. Octauus potus potest esse. vbi
esset insomnietas . ariditas lingue. scili-
cet syrupus nenupharinus. aut syrupus
papaueris cum multitudine sirupi iulep
aut cum aqua ordei. aut cum aqua fonti-
na: et similibus. Et est intelligenduz
hoc bonum verbum quod dicit Auicena
quod non debet negligi mel in passioni-
bus spiritualium quin vehiculum est om
nium medicinarum que competunt in pe
ctoralibus. Administrentur igitur me
dicamina cum melle. potissime cum ma-
teria est frigida grossa compacta . ⁊ cum
tempus est frigidum.⁊ ita de aliis. Sed
tamen sit paratuz ⁊ repressuz sicut opor
tet. Pleureticus igitur si ista non suf-
ficiunt potest vti auenato: ⁊ farina triti-
ci decocta in furno. et parata cum lacte
amigdalarum. et potest vti colatura fur-
furis. Et etiam in casu suo potest vti pi-
scibus scamosis de aquis mūdis curren
tibus coctis cum sale ⁊ petrosil ⁊ aqua.
Innoscetur igitur regimen. sed elonga-
tionem status.⁊ hec omnia et consimilia
medici industrie relinquatur. Potest
etiam vti aqua maluarum ⁊ violarum et
buglose.⁊ borraginis.⁊ potest vti spinar
giis ⁊ lactucis: ⁊ potest vti passulis mun
dis.⁊ amigdalis.⁊ iuiubis.⁊ etiam cucur
bitis: ⁊ violis. Et si materia est flegma-
tica vtatur iure caulium ⁊ ysopi cum mel
le. Et si materia est melencolica vtatur
buglosa cum melle: et sorbitione tritici.
De pane est intelligendum quod panis
aut est fermentatus : aut azimus. si azi-
mus non competit: quoniam opilat.
nec fermentatus quoniam festinat ruptu
ram apostematis. Et ideo panis non ex
hibeatur nisi fermentatus,⁊ hoc post ru

pturam in declinatiõe. Et si apostema ni
mis tardaret ad rumpenduꝫ. In declia-
tione igitur detur mica panis lota in aq̃.
possunt etiã dari oua sorbilia ⁊ decoctio
nes carniuꝫ edullinaruꝫ. ⁊ dentur poma
cocta ⁊ mala granata dulcia. ⁊ pruna be
ne matura ⁊ cerusa dulcia. Intelligẽ
dum tamen sunt alique regule hic. ⁊ sunt
Ypo. Nunꝗ fiat flobotomia: nec detur
farmacia. ventre constipato. nunquam
detur cibus ventre constipato. Precedãt
igitur clisteria aut suppositoria. nunquã
detur cib⁹ in magno dolore: aut magna
afflictione. nisi virtus caderet per viã in
anitiõis. Nunquam fiat flobotomia nec
farmacia: nisi in tempore maioris quietis
Non detur oxillis multe acetositatis nisi
ista particularia conueniant. scilꝫ quod
morbus sit in declinatiõe. ⁊ mã grossa vi
scosa ⁊ virt⁹ fortis. ⁊ tussis modica. ⁊ dif
ficultas anhelitus nõ sit magna. ⁊ qd̃ de
tur in magna quantitate ⁊ cũ multitudie
ptisane. Aliter potest ei⁹ fortitudineꝫ in
eius via perierunt multi. Intelligen-
dum etiaꝫ iuxta hoc quod aliqui ponunt
repercussiua in principio pleuresis. Sꝫ
ego nõ sum illius opinionis. quoniã aut
applicant̃ interius: ⁊ tunc ingrossant et
constringunt: ⁊ etiã crudificãt ⁊ adduut
in putrefactione. Aut administrant̃ exte-
rius: ⁊ tũc nõ põt fieri repercussio: q: ob
liquitas venaꝝ impedit ⁊ dempsitas co-
staruꝫ. Preterea hoc nõ est repercut
tere. sed magis faceret materiã ad locum
currere. cuꝫ materia repercutiat̃ a parte
post ⁊ nõ a parte ante. Preterea aliq̃
nitunt̃ curare pleuresiꝫ cũ actractiuis. cor
pore mundificato. ponendo vẽtosas su-
pra locum ⁊ emplastra de sinapi ⁊ simili-
bus. Sed ego non suꝫ illius opinionis
Tamen q: materia nõ est bene tractabil̃
ꝑꝑ naturã loci. tuꝫ q: timẽduꝫ est de aug
mentatiõe apostematis ꝑpter violentã
tractationẽ. Preterea quidam nittũ-
tur multũ circa mittigationem accidenti
um. sicut est alienatio. insomnietas. sitis.
constipatio: laxatio: ⁊ similia. Et istis as-
sentio nisi qd̃ a principio pleureticus be
ne regatur. ⁊ egritudo sit curabil̃ tal̃ ma
licia sincomatum nõ superuenit. Sꝫ po-
natur qd̃ sit causata. certe vtile est cõsiliũ

adhibere remedia que inuenient̃ in locis
suis: nec oportet hoc ꝑlongare. Si
aũt egritudo prolongat̃ ⁊ sim⁹ coacti ma
turare. vtat̃ tali sirupo. ℞. raď. yreos. yso
pi. liliꝫ. añ. ℥. i. caricaꝝ. dactiloꝝ. añ. ℥. ij. v-
uaꝝ pas. mũď abarill̃. iuiubaꝝ. liquir̃ mũ
de. dragagãti. gumi arabi. iiij. se. frigidoꝝ
añ. ℥. iij. capill̃ ve. re. lib. ʒ. mell̃. ⁊ zuccari.
añ. lib. ʒ. fiant sirupi. lib. ij. ⁊ ex istis eisdẽ
cũ orobo ⁊ fenugreco. ⁊ se. lini. ⁊ stercore
colũbino ⁊ opoponaco fiat emplastrum
⁊ super latus aponat̃. Si auteꝫ fiat qũo
de ruptura ⁊ sanie ⁊ tussi. ⁊ multis talib⁹
recurram⁹ ad capituluꝫ de tussi. ⁊ capitu
lum de asmate. ⁊ empimate ⁊ ptisi. ⁊ inue
nietur plenitudo mundificationis. quare
propter ista non dꝫ prolongare. Restat
igitur dicere de ptisana. Collige ordeum
grossum plenuꝫ ponderorosuꝫ: bene ma
turum: nõ min⁹ antiquũ: nec minus recẽs
sine omni malo odore ⁊ sapore ⁊ sine ad
mixtione oĩo alteri⁹ rei. ⁊ qd̃ sit collectũ
in anno fertili: nõ corrupto nec pestilenti
ali. ⁊ ꝙ sit natuꝫ in terra alta ventosa nõ
fimata: nec iuxta paludes nec loca corru-
pta. ⁊ ꝙ granum sit obseruandũ in loco
euaporabili. ⁊ de tali ordeo. ℞. lib. i. con
quassetur a cortice suo. ⁊ ponat̃ ĩ olla ter
rea vitreata noua cũ. xx. lib. aque fontis
⁊ bulliat lento igni. ⁊ de lignis siccis si-
ne fumo. ⁊ ligna nõ sint corrupta nec pu
trida. sed si possibile est sint de iunipero
aut quercu. ⁊ ꝙ ignis sit clarus aut mun-
bus. ⁊ bulliat vsq3 ad consumptionẽ me-
dietatis. ⁊ tũc permittat̃ infrigidari. ⁊ p⁹
ea suauiter colet̃ ⁊ reseruet̃. q: ista aqua
habet oẽs bonitates in abstergendo et
mundificãdo ⁊ penetrando ⁊ infrigidan
do. ⁊ ita de alijs. Et est intelligendum ꝙ
ordeuꝫ cũ cortice magis abstergit ⁊ mũ-
dificat. sed sine cortice magis nutrit ⁊ cõ
fortat. Si auteꝫ volum⁹ ꝙ magis nutri-
at: bulliat donec due partes aque sint cõ
sumpte. ⁊ sit quasi spissa ⁊ sorbeat̃ cũ illa
spissitudine. ⁊ appellatur aput Ypo. pti-
sana cum toto. sicut prima appellatur pti
sana colata. Si auteꝫ ordeuꝫ facere
volumur excorticetur ordeum ⁊ abluat̃
cum multis aquis dulcibus. ⁊ decoquat̃
intantuꝫ ꝙ caro vaccina esset decocta. ⁊
postea teratur fortissime in mortario. et

Maturandi vie

Ptisana quo fiat

postea distēperet cū lacte amigdalorū ⁊ colet ⁊ apponat lento igni donec incipiat inspissari. Aliqui aūt faciūt ptisanā sic ponūt ordeū cōtrictū in amphora: ⁊ implēt amphorā aqua ⁊ postea ponūt amphorā in cacabo pleno aqua vt bulliat aqua cacabi lento igni sine fumo. Et ꝑ cōsequēs aqua amphore: ⁊ postea reseruet ⁊ est bona ꝓ debilitatis. q2 penit⁹ nihil habet de fumo. Et est intelligendum ꝙ decoctiones fiunt de multis granis: sicut est triticū. spelta. auena. cicera. orobi. fenugrecū. ⁊ multa cōsimilia. sed ẜm ypocra. ⁊ oēs sapientes. Decoctio ordei excedit bonitates alioꝝ granoꝝ. Et peto veniam q2 breuiter pertrāsiui cum materia sit ita difficilis ⁊ periculosa. Sed alibi a nobis supra regimentum ptractatū est: sicut scitis. Cum aute fuerit in conualescētia balneet ⁊ particula patiēs diligēter mūdificet ⁊ etiā cōfortet.

Clarificatio. Intelligēdū ꝙ pleuresis nō est apostēa solum in diafragmate imo in panniculis costarū interiorib⁹ ẜm Galie. in illo amphorismo. accide. eructuatōnes ⁊c. Ubi dicit ꝙ pleuresis est apostema in interiorum costaꝝ pāniculis. Secūdo notādum ꝙ significet pleuresis ex plenitudie ⁊ abūdantia plus generat ex sanguine. ⁊ si generetur per viam penetrationis plus generat ex colera: cū pānicul⁹ sit densus ⁊ colera plus penetret. Et si generet per viam reumatis ⁊ stillicidij plus generat ex flegmate. Et si generet ꝑ viā cōgestionis plus generat ex mel'ia. Absolute tamen ⁊ frequētius generat ex colera. ⁊ ẜm hanc ratione plus generat in vere ꝙtum est ex dominio sanguinis. ⁊ plus in estate ꝙtum est ex dominio co. nisi ꝙ de facili euaporat. ⁊ plus in autūno quantū ē dominio melēcolie. sed accidentaliter plus quantum est de co. generata in estate. et plus in hieme de flegmate per se sed accidentaliter plus quātum est de colera generata in estate ⁊ cōseruata per autūnum ⁊ hyemē. ⁊ tunc ad pāniculos penetrante. ⁊ ẜm hanc rationem raro causat pleuresis in senibus. ⁊ si causaret vt plurimū erit de flegmate. ⁊ ē multū periculosa ratione nimij sensus. In iuuenibus autem plus accidit de co. ⁊ in adolescentib⁹ pl⁹ de sanguine. Tertio debemus intelligere ꝙ sputum rubeum ꝑ se ⁊ solum pessimum est. q2 rupturā vene significat. ⁊ tunc cōpetunt cōtraria medicamina vt dictum est. Si autem sit mixtum cū albo bonum est ⁊ tunc magis est sub rubeū ꝙ rubeum. Quarto intelligendū ꝙ in corporib⁹ plenis faciēda ē flobotomia de parte opposita. ⁊ si nō ē plenū ⁊ egritudo confirmata fiat de eadem. ⁊ si humores sint frigidi cum multitudine adhuc potest opetere flobotomia: etiam in dolore descendente. quia tutior est via ẜm Galienum. Et debet fieri primo in corporibus plenis ẜm Auice. de saphena eiusdem lateris. Quinto notandū ꝙ nulla fortis medicina debet dari in pleuresi quicquid dicant antiqui. ⁊ aliqui moderni iactant se illam viam tenere. Sed disputationibus pretermissis nō videtur rationabile detur igitur cassiaf. māna. thamarindi. iuiube. boꝝ. bugiossa. viol'. pruna. ⁊ similia. Per ista enim medicus nunꝙ erit ignominiosus. ⁊ fiant etiam suppositoria. ⁊ clisteria lenitiua. Sexto intelligendum sicut dictum est ꝙ repercussiua nunꝙ cōpetūt in pleuresi. ⁊ si aliquo modo cōpeterent sicut voluit ebē mesue. tunc competerent in initio initiante. Si quis presens esset ⁊ deus dedisset talē gratiā ꝙ principium initians cognosceret. aut ꝙ portaretur in manu vel in bursa medicamia repercussiua: sed quādo possunt talia cōcurrere nō videt. Et ideo summe miror: quō bonus heben mesue solus dormitauit. Septimo aduertendū est ꝙ maturatiua nō cōpetunt in pleuresi: nisi quando egritudo prolongatur. ⁊ non habemus aliam viam. Mundificetur igitur corpus ⁊ applicentur euaporatiua: quoniam sanies est multum periculosa. Ultimo notandum ꝙ vapores ascendentes ad caput infrigidantur ⁊ cadunt ad panniculos ⁊ conculcantur ⁊ putrefiunt. ⁊ ita calefiunt ⁊ pleuresim generāt.

Capitulum .x. de periplemonia.

Periplemonia ē apostema calidū pulmonis. Istō ar

apostema terminatur aliquando per viam resolutionis. aliquando induratur aliquando delegatur materia ad cerebrum. aliquando ad partes exteriores. aliquando ad pluresim: sed raro. aliquando ad neruos. aliquando transit ad empima. et si mundificetur in .xl. diebus bonum est. et si non. et virtus est debilis multum suspectum est.

Causa. Aliquando causatur periplemonia ex pleuresi et est ipsa malum et generatur frequenter ex catarro: et generatur ex quolibet humore. sed sicut pleuresis generatur vtplurimum de colera. ita piplemonia vtplurimum de flegmate.

Signa. Pulsus est nudosus febris fortissima: difficultas anhelitus. vehemens duricies quasi ad prouocationem: rubedo maxillarum: inflatio oculorum: dolor in medio duarum spatularum.

Pronostica. Periplemonia quando generatur ex pleuresi vt plurimum facit alterum duorum. aut interficit infra .vij. dies. aut transit in ptisim. Si materia periplemonie terminetur ad vias vrinales liberationem significat. Et est intelligendum hic gratia melius quod periplemonia de colera vt plurimum est mortalis. et ita vt plurimum omnis periplemonia est mortalis cum vt plurimum de colera generetur. Cuius ratio est quoniam hanc periplemoniam sequitur calor vehemens et dolor vehementissimus ratione puncture. et frigidis medicaminis non potest bene infrigidare mineram. quoniam virtus medicaminis infrigidantis non potest venire cum totalitate sua. siue applicetur interius per modum potionis: quia via est longinqua. siue applicetur exterius quia coste impediunt.

Cura. Curatio piplemonia fere eadem est cum curatione pleuresis nisi quod in piplemonia debemus medicamina fortiora applicare et supra particulam patientem apponere. Et debemus magis esse intenti vt materia cum tussi mundificetur etc.

Capitulum .xi. de tremore cordis.

Tremor cordis est motus tremulus preter naturam.

Cause. Quedam sunt extrinsece et quedam intrinsece. Extrinsece sicut est calor nimius subitus: aut frigiditas. aut inanitio nimia. aut accidentia anime cum sunt in excessu. aut venenum sumptum. aut morsus animalium venenosorum aut febris pestilentialis. aut vermes. et omnia breuiter que in excessu debilitant virtutem cordis. Si ab intus tunc prouenit ex magnis passionibus membrorum habentium vicinitatem aut colligantiam cum corde: et ita potest prouenire propter passio. cerebri et pulmonis et stomaci et epatis et splenis et matricis. Et prouenit etiam hec passio propter ventositatem et propter nimium sensum. et prouenit etiam propter vapores sanguinis corrupti prouenientis ad cor. et colere, et flegmatis, et melencolie.

Signa. Signa causarum extrinsecarum habentur ex inditio patientis. Et cum prouenit ex passio. aliorum membrorum discernitur per passio. et signa illorum. Et si venerit ex vermibus plus affligitur ante cibum. et cum cibus assumit incipiunt ascendere. Et si fuerit ex inanitione plus affligitur ante cibum. et si ex repletione plus affligitur post. Et si ex nimio sensu et raritate aduenit sibi ex quacunque facili causa. Et si ex ventositate cito venit et cito recedit. Et si ex calore pulsus et anhelitus sunt veloces et frequentes et inordinati. Et si ex sanguine discernitur discurendo per res naturalis et non naturales et contra naturam. et si ex frigiditate pulsus et anhelitus sunt parui et tardi et inordinati. Si igitur vrina fuerit rubea et spissa et pulsus nudosus et facies rubea et calor in precordiis. et patiatur sitim et fuerit adolescens. et fuerit in ocio et comedit cibaria multiplicantia sanguinem. et fuerit homo letus et liberalis. Iure istis particularibus concurrentibus aut vtplurimum piectura est, propria veritati. quod tremor cordis sit propter sanguinem. Et per hunc modum possumus dicere de colera. si vrina fuerit citria et tenuis. et pulsus velox frequens. et satis minera. et color intensus et ipse est iuuenis anxius qui currit et laborauit et multiplicauit ea que generant coleram etc. vel ex colera. Similiter de flegmate. si vrina est remissa et spissa. et pulsus inordinatus et paruus. et ipse sit somniculosus et stupidus et flegmaticus, et in hieme, et pusilanimus, tunc vel

Auic. 65. quarte par. In febribus circha ventrem chauma et cordis morsus et tremor malum.

q̃ humiditas flegmatica petit cor ⁊ nõ p mittit ipm moueri motu suo naturali cuz impediat sitũ eius. iõ cor mouet motu i ordinato tremulo. Similiter ⁊ de melẽia si fuerit melẽcolic⁹ extenuat⁹. in autũno. ⁊ sit timidus. ⁊ ita de alijs. Videt q̃ tũc sit pp fumos melẽcolicos inuadẽtes cor ⁊ capsulã ei⁹. ⁊ qꝛ cor est indignãtis na ture: ⁊ nõ sustinet istos fumos horribiles ideo mouet motu inordinato tremulo. Sicut tremor accidit in capite ⁊ manib⁹ ⁊ pedib⁹. cuz virtus membꝝ regere non possit. qꝛ tremor est mot⁹ ꝯposit⁹: sicut d̃ scribitur in de morbo.

Pronostica. Ois mala cõplexio cũ excedit debilitat. ⁊ virtus debil' inducit tremorẽ. ⁊ tremor sincopim. ⁊ sincopis mortem. Si igitur tremor cordis diu durauerit mortẽ signi ficat. Si aũt post tremorẽ adueniat vo mit⁹ ꝑrassiu⁹ ⁊ tremor nõ cesset spasmũ si gnificat ⁊ mortẽ. Si aũt apostema vene rit cordi. aut est magnuz au paruũ. si ma gnũ: aut est ex ca. aut frigidũ. ⁊ si calidum interficit in eadẽ die. ⁊ si frigidũ interficit in secũda. ⁊ si paruũ sicut pustule ⁊ sil'ia: i terficit in q̃rta. ⁊ emittit sanguinẽ p nares sicut incaust⁹. Si vuln⁹ supuenerit cordi aut ẽi ꝑte sinistra aut dextra. ⁊ si in dextra aut ẽ magnũ aut puuz. si magnũ statiz in terficit. si puuz in prima die. ⁊ si ĩ sinistra in eadẽ die vl' hora siue puũ siue magnũ Vlcus in corde mortẽ inducit.

Cura. Intelligendum q̃ in omni tre more cordis cõpetunt aroma tica. ita q̃ si cã est ca. administrent aroma tica frigida cũ modica appositiõe aroma ticoꝝ calidoꝝ vt meli⁹ penetrẽt. Et si cau sa est frigida administret aromatica cali da cũ modica appositiõe frigidoꝝ vt meli us fiat conseruatio. Attamẽ intelligẽ dum q̃ si discratia est nimis intensa: tunc sufficit solum apponere opposita aroma tica sine appositiõe similiũ. Aromatica ãt cordialia frigida sunt ista viol'. nenuphar rose. sandal' oẽs. cãphora. accetum. agre sta. succ⁹ acetose. suc. maloꝝgrana. aceto sitas citri. ⁊ limonuz. ⁊ citranguloꝝ. aqua ro. carabe. coriandrũ ꝑpatum. ⁊ fructus a romatici. sicut sunt citonia. pirra. poma dul. ⁊ valet lacacetosum. ptisana. zuccaꝝ

Cõposita sunt ista. sirup̃. limonuz ⁊ ribes nõ tñ inuenitur in terra ista. ribes. ⁊ siru pus ro. ⁊ viol'. ⁊ nenupharin⁹. ⁊ triasan dali. ⁊ zucc̃. ro. ⁊ viol'. ⁊ trocisci de cãpho ra. ⁊ diagragantũ frigidũ. ⁊ oĩa similia. Aromatica aũt ca. sunt ambra. storax. ca lamita: muscus. lignũ aloes. gariofil'. cor tes citri. ⁊ citrãguloꝝ. nux musc. cinamo. se. maiorane ⁊ basiliconis. vinuz aroma ticum. folia enule. Cõposita sunt ista. tyri aca. metridatũ. potio muscata. letitia. ℞. diambra. diamargaritõ. diatrodoti. iulij alipta muscata. gallia muscata. ⁊ similia. sicut est pulla lardata ⁊ assa cũ vino aro matica ⁊ aqua ro. Ea aũt que valent in vtroq̃ casu sunt ista: auꝝ purum foliatuz argentum puꝝ foliatũ. margarite. corall⁹ rasura eboris. spo dium. os de corde cer ui iaccinci. blacio bizãtie smaragdis. do ronicon. mellissa. borrago. buglosa. Ex his aũt possunt fieri electuaria. vel pulue res. aut trocisci. ⁊ sirup̃. ⁊ oĩa similia. ⁊ cũ his põt rectificari aer. Visis vniuer salibus ad pticularia veniam⁹. Si fu erit de sanguine fiat flõia. ⁊ vtat sirup̃. d̃ boꝝ. ⁊ de buglosa. ⁊ sirup̃. ro. ⁊ acetoso. ⁊ siru. limonũ. vbi fuerint sandali ⁊ cãpho ra. ⁊ mundificet corp⁹ cũ prunis ⁊ mãna ⁊ floꝝ boꝝ. ⁊ buglose. ⁊ odoret sandalos muscatelinos ⁊ ro. ⁊ aqua ro. ⁊ acetosita tem citri. Si autẽ materia fuerit colerica digerat cũ siru. de boꝝ. ⁊ buglose. ⁊ siru. de viol'. ⁊ sirup̃. iulep. ⁊ siru. nenup. vbi fuerint ro. camphora ⁊ sandali. ⁊ purget cũ viol'. ⁊ casiefist. ⁊ thamarindõ. ⁊ odoret viol'. ⁊ nenup. ⁊ roꝝ ⁊ acetositatẽ citri. Et si mã fuerit flegmatica digerat mã cũ sirup̃ de boꝝ. ⁊ buglo. ⁊ oxil'. diur. vbi fue rint cortices citri. ⁊ nux mus. ⁊ se. maiora. ⁊ basilicõis. ⁊ fiat pomum de ambra. ⁊ li gno aloes ⁊ musco. ⁊ purget cum yerapi gra. ⁊ yeralogodion. acuatis. cum pulpa coll'. Et si materia fuerit mel'ica. digerat cũ siru. boꝝ. ⁊ buglo. ⁊ fumi terre. ⁊ oxil'. squill'. vbi fuerit epitim⁹ ⁊ aloes. gariofil'. ⁊ cinamom. ⁊ odorẽ alip̃. muscatã. ⁊ pur. ꝑyeral'. ⁊ yeraruf. acuatis ꝑlapið armeni co. ⁊ si fuerint ventositates fiant fricatio nes. ⁊ detur sibi diantos cuz musco ⁊ di anison. ⁊ vitet oĩa que generant ventosi tatẽ. Et si fuerint ex nimio sensu dentur

sibi aromatica frida cum paucis calidis ⁊ vitet oēm nimiū laborē tā aialez ꝙ corporale. ¶ Et si fuerit ꝓpter vermes: aut ꝑpꝑ pas. alterū mebroꝝ. aut ꝓpter venenuz ⁊ similia. ¶ Curent illa pri⁹ sicut dictū est i locis suis. ¶ Notandū de croco ꝙ nō debet dari nisi in parua ꝗtitate. ¶ Si autē daretur in magna venenuz est. interficeret. n. ridēdo. ¶ Quātitas autē sue magnitudis doceri nō debet. ¶ Et est notandum ꝙ succus buglose qualibet vice sumpt⁹ cū gariofil' multū valet in tremor cordis. ¶ Sil'r intelligendū ꝙ pullus dz lardari ⁊ assari ⁊ asꝑgi aqua ro. ⁊ acetositate citri ⁊ nio aromatico ⁊ ꝙ odoretur. ¶ Et si cā fuerit frida pullus calidus comedatur. ⁊ si fuerit frigida comedat cū erit infrigidat⁹. si fuerit talis ꝯditio ꝙ possit comedere carnes. qm̄ frigida cōpetūt in tali casu. ¶ Considerētur igit mālia ⁊ applcent iuxta cōuenientiā ꝑticularium.

Clarificatio. Intelligendū ꝙ lz motus cordis naturalis sit motus dilatationis ⁊ constrictionis: ⁊ in tremore videat esse mot⁹ dillatationis ⁊ cōtrictionis nō tm̄ est naturalis. imo inordinat⁹ ⁊ ꝑter naturā. ⁊ forte motus tremoris ꝓprie loquēdo nō est i corde. cū mot⁹ tremoris nō fit nisi in mēbro qd̓ nō mouetur nisi volūtarie. ¶ Mot⁹ āt cordis nō est motus voluntari⁹: sed ē motus natural' sequēs formā. ¶ Sz possem⁹ dicere ꝙ iste mot⁹ posset quodāmodo respondere motui volūtario. ⁊ aliquo mō mot⁹ tremoris pōt attribui cordi ꝑ quādam attributionē. ¶ Cor igitur patitur tremorē ⁊ iectigationē. cū igit cor sit mēbrū primū ⁊ radix oīum virtutū ⁊ mēbrū delicatū ⁊ nō possit sustīere materiā sibi odiosam mouetur ad fugandū ⁊ repellendū vel ad fugiendū vl' ad vtrūqz. ⁊ talis motus velox ⁊ inordinat⁹ appellat tremor. ⁊ sentitur etiā manifeste versus mamillā sinistrā. ¶ Si enim nullus mot⁹ naturalis esset cordi mot⁹ tremoris apparere non posset. ⁊ iō talis mot⁹ nō attribuit epati nec multis alijs mēbris nec capiti cū iclinatur supra puluinar. nec brachijs cū inclinātur supra latus nisi passio essz nimia ⁊ violētia ⁊ ꝓxima palisi. ¶ Et tūc ē iste motus sicut vermiculosus aut formicās. ¶ Sz tūc manifeste apparet cū aliquis intēdit mouere caput aut manū volūtarie aut aliquid agens ⁊ potissime motū rectitudis. ⁊ tūc apparet mot⁹ tremoris. ¶ Qm̄ cū aliqua res preter naturā venit mēbris mouentibus volūtarie. tūc virtus debilitat ⁊ nō pōt cōplere suū motū. ¶ Mouet igit partim. sed cōplete nō pōt. ⁊ tūc deficit. quare natura mouet supius ⁊ morb⁹ iferius. ¶ Et tūc deficit mot⁹ rectitudinis quē nō intendebat cōplere ⁊ nō pōt ꝓpter debilitatē virtutis. ⁊ ita ꝓprie loquēdo tremor nō est nisi in mēbris vbi est mot⁹ voluntari⁹. ¶ Attamē pōt attribui cordi. qm̄ licet mot⁹ cordis nō sit volūtarius i hoc tm̄ qz naturalis est loco voluntarij. ¶ Sicut igit motus volūtarius cū ab aliquo non impedit cōplet sine īpedimēto. ¶ Ita motus cordis cū ab aliquo nō impedit. completur sine impedimto. ¶ Cū igitur aliqua res ꝑter naturā aduenit cordi motū suuz naturalē cōplere nō pōt. ¶ Nō pōt igitur cor cōplete dilatari. nec cōplete constringi. sz ad vtrūqz festinat ⁊ neutrū peragit ¶ Et talis mot⁹ frequēs ⁊ agitatiu⁹ ad superius vel inferi⁹ appellatur tremor cordis. cū igitur ꝑdicat sincopim ⁊ mortem. ideo cū diligentia aduertendū. ¶ Secūdo intelligendū ꝙ cor pōt apostemari ⁊ in se ⁊ in sua capsula. nō qd̓ apostema veniat ad cōplementū. ¶ Qz cor est indignātis nature ⁊ nō posset pati tātum lapsuz vsqz ad cōplemētuz. ¶ Et licet forte possz aliquo modo pati oēs morbos apostematū vsqz ad sui cōplementū nō. cuz in apostemate sint oēs morbi genere. sed bene pōt esse principium sed cōplementū non a natura eim eueniret mors centies. ¶ Tertio notādū qd̓ licet calidum ⁊ frigidū cōtrarientur. ¶ Nihilomin⁹ tm̄ bene possunt ꝯuenire in effectu. sicut in cardiaca. cum vtrunqz debilitet virtutē sz diuersimode ¶ Quia frigiditas facit hoc cōprimēdo. ⁊ caliditas exalando. ¶ Et quando est cum sudore appellatur cardiaca diaforetica. ¶ Et protanto accidentia anime possunt causare cardiacā. sicut tremor ⁊ tristitia. gaudium ⁊ letitia. ¶ Quarto notandū qm̄ licz flōia habeat multū debilitare. nihilominus pōt bene cōpetere in tremore. cum virtus debilitetur propter multitudinem

Ultimo notandū q̄ ſuccus maiorane et buglose cū gariofil'. multū v3 in tremore cordis ꝛ cardiaca paſ. ꝛ potiſſime ſi cā ē frida. ꝛ corpus mūdificatū.

Capl'm. xij. de ſincopi.

Sincopis ē ablatio ſenſus ꝛ motus in toto corpore ſm maiorē partē propter debilitatē cordis. Intelligendū iuxta iſtam partē q̄ tremor et ſincopis nō differūt niſi ſm intēſu3 ꝛ remiſſu3. qm̄ cauſe ſunt debiles in tremore ſed ſunt fortiſſime in ſincopi. Et ideo cauſe ꝛ ſigna ꝛ curatio magnā conuenientia3 habēt. Secūdo intelligendū q̄ cauſe immediate ſincopis poſſunt eſſe due. ſ. omne illō quod facit ſubito ad exaltationē caloris ex corde. ꝛ omne id quod facit ad coartationē caliditatis ſubito in corde.

Cauſe. Cauſarū ſincopis quedā ſūt extrinſece ꝛ quedā intrinſece. Extrinſece ſicut eſt ſudor nimi⁹ ꝛ balnea nimia. ꝛ venenū aſſumptū. ꝛ morſus reptilium. ſubita caliditas nimia. ꝛ frigus. ſimiliter fames. ꝛ coytus ſuperfluus. ꝛ omne illō qō ſubito inanit ꝛ nimia repletio cibi. ꝛ potus. aer cauernarū ꝛ minerarū ꝛ aer peſtilentialis. Et venit etia3 ꝑpter accidētia aīe nimis intenſa. ſicut eſt gaudiu3. ꝛ oīa conſimilia. Cauſe intrinſece ſūt ſicut paſſiones magne membroꝝ corporis. ſicut patet in cerebro ꝑpter epil'iam ꝛ apopl'oiam. ꝛ ſicut p3 in paſſionib⁹ ſtomaci: ſicē eſt nimia repletio: aut inanitio. ꝛ ſicut patet in canino appetitu ꝛ boliſino ꝛ in dolore ſtomaci. ꝛ mordicatione eius ꝛ ſicut p3 in colica. ꝛ yliaca: ꝛ fluxu vētris ꝛ vermibus. ꝛ ſicut patet in nimio fluxu menſtruoꝝ ꝛ emorroydaꝝ. ꝛ in nimio fluxu ſanguinis nariū. ꝛ in ſuffocatione matricis. ꝛ in humorib⁹ corruptis exiſtētib⁹ in epate ꝛ in ſplene cū vapores vadunt ad cor. Et venit etiā ſincopis ꝑpter corporis nimia3 repletionē aut opillationē aut propter nimiā inanitionē. aut propter nimiam cordis caliditatem. ꝛ humorum ſubtilitatem. ꝛ frigiditatem. ꝛ humorum groſſiciē. ꝛ ꝑpter febres peſtilētiales ꝛ propter principium paroxiſmoꝝ. ꝛ propter dolores. ꝛ propter accidentia intenſa q̄ ſuperueniunt febri. ꝛ ppt vulnera ꝛ apoſtēata. ꝛ ſaniem. ꝛ dolores fortiſſimos. ꝛ oēs labores tā animales q̄ corpales. ꝛ ſicut ē flōia in nō aſſuetis. ꝛ omnia cōſimilia q̄ ſubito cōculcant calorē in corde: aut ipm faciūt exaltare ſicut dictu3 eſt.

Signa. Signorū quedā ſunt que ſignant futurā ſincopim. ſicut ē tremor cordis. ꝛ mutatio coloris faciei ad nō naturalē colorē. ꝛ mutatio pulſus in paruitatem ꝛ tarditatem: ꝛ frigiditas extremitatum. Signorū quedā ſunt que demonſtrant poxiſmū ſincopis. ſicut eſt ablatio ſenſus ꝛ motus. ꝛ pulſus forcās ꝛ mortificatio faciei. ꝛ oīa illa que dicta ſunt ſupius libro. ij. vbi poſuim⁹ ſigna diſtincta īter oēs ſpēs ſincopis. ꝛ inter ſincopim ꝛ mortē. Signoꝝ quedam ſunt q̄ ſignant cauſas. ꝛ ſi fuerit cauſe primitiue habet p indiciū aſſiſtentiū: ſi bene inueſtigent. Et ſi fuerit ꝑpt paſſiones mēbrorum cognitio habet p indicia illoru3. Et ſi ſincopis venerit ſine oī cauſa manifeſta ta3 extrinſeca q̄ intrinſeca: ꝛ venerit ſubito. tunc ſignū eſt q̄ ſincopis ē ꝑpter ꝑprias paſſiōes cordis. ꝛ talis ſincopis eſt peſſima ꝛ mortalis. Et inueſtigentur ergo diligenter ſingule ptes corporis: et nō effugiet te cauſa paſſionis. Si fuerit denſitas vel raritas: repletio vel inanitio. caliditas. frigiditas. venenu3 diſcernitur quia ſapor horribilis eſt in ore. Alie cauſe ſunt ſatis manifeſte.

Pronoſtica. Si aliquis ex lōgo tpe patiatur tremorem cordis. ꝛ ſubito venit ſincopis: expeditum eſt negociū. qꝛ cauſa ē equata. Si autem aliquis patiatur longā ſincopim ꝛ color faciei fuerit mutatus ī liuorē aut virorē aut nigredinē: nunq̄ calcabit terram. Si ſubito venit ſincopis ꝛ ſine omni cauſa manifeſta: ꝛ ſincopis fuerit longa conſumatum eſt. Si alicui ſincopizanti datū fuerit ſternutatorium: ſicut eſt puluis ellebori albi: ſc3 q̄ puluis fuerit iniectus in nares ꝛ non ſternutauerit: nullū eſt conſilium niſi q̄ crux ꝛ thurribulū apportentur.

Cura. Aliter enim eſt operandum in paroxiſmo. ꝛ alijs poſt. Signiſ

igitur mortalibus non apparentibus
vt dictum est operemur sic duz sincopis
adest. ¶ Prima igit opatio est q fricent
extrema cũ manib⁹ ꝛ cuz panno aspero.
aut cum sale ꝛ aceto. ꝛ q fiãt ligationes
extremitatũ dolorose. ¶ Secũda q ponan
tur in aere claro: ꝛ q vocentur proprio
noĩe in aure alta voce ꝛ multis vicibus.
¶ Tertio proiciatur aq̃ ro. muscata in facie
exalto: aut aq̃ frĩda nisi in tribus casibus
s. si sincopis esset ꝑpter nimiaz frĩtatem.
aut ꝑpt nimiã repletionẽ. aut ꝑpter flu-
xum ventris. ¶ Quarto debem⁹ applica-
re aromatica naribus frĩda in calida cau
sa. ꝛ in frigida ecõuerso. ꝛ etiã puluerem
aromaticũ naribus ĩsufflare. nisi in vno
casu. ¶ Si sincopis esset ꝑpter suffocatio-
nem matricis. ꝛ tũc apponatur naribus
galbanuz. ꝛ assa festida. ꝛ alipta muscata
inferius. ¶ Quinto debem⁹ adhibere vi
num: sed diuersimode. ¶ Nã si cã fuerit in
anitio tũc detur vinũ cũ brodio carnium
¶ Et si cã fuerit ca. det vinum frũm cuz aq̃
frida. ¶ Et si causa fuerit frĩda det vinũ cũ
aqua cal'a. ¶ Et si fuerit ꝑpt repletionẽ de
tur vinũ aromaticum purũ sed in parua
quãtitate. ¶ Sexto aperiam⁹ os cũ cultello
ligneo ꝛ fricemus linguã ꝛ dentes cũ ty-
riaca ꝛ potione muscata. ¶ Septimo ꝛ vlti
mo apponãtur narib⁹ sternutatoria ꝛ si
sternutat bonũ est. ꝛ si nõ stati fugiat me
dicus hospite in salutato. ¶ Si aũt nõ fue
rit in poxismo: sꝫ timeat q veniat ꝑpt po
xismũ fe. aut q: vult facere flõiam ꝛ alias
non fecit aut q: patitur tremorẽ cordis.
aut ẽ multũ formidolosus. tũc oẽs debẽt
sumere aliq̃d aromaticuz stipticum. ¶ Su
mat igitur boluz panis intinctũ in succo
citoniorum aut vino. aut aqua ro. aut aceto
se aut citri. aut brodio carniũ. Aut q acci
piat de diacitonitẽ. aut aqua ro. aut diã-
bram. aut potet muscatã. ꝛ ita d aliis aro
maticis iuxta cõuenientiam ꝑticularium
His visis accedam⁹ ad curationẽ iuxta
diuersitatem causarũ. ¶ Si igitur venit
ex causis primitiuis vel ex egritudinibus
manifestis. curentur illa ꝑ sua ꝯtraria sic
opꝫ. ꝛ sicut scriptũ est in locis suis. ¶ Sic
verbi gratia si fuerit ex venenis. detur ty
riaca ꝛ alia sicut dictũ est caplo de venis
¶ Et si fuerit ex accidentib⁹ aĩe inducat cõ
trarium. vt si ex gaudio inducat tristitia.
ꝛ applicentur frigida ꝛ ecõuerso. ¶ Et si ex
sudore euentet. ꝛ applicent sandali ꝛ cã
phora. ¶ Et si ex fluxib⁹ restringant cũ aro
maticis frigidis ¶ Et si ex vermib⁹ interfi
ciantur cuz amaris. ꝛ ita de aliis oĩbus.
¶ Et ideo cũ cause sint multe valde reduca
mus ad quatuor causas. s. ad nimiũ calo
rem. aut ad nimiã frĩtatem: aut ad nimiã
inanitionẽ: aut ad nimiã repletionẽ. ¶ Po
namus igit q cal'itas sit in cã. detur sibi
lac acetosum butiro extracto. ꝛ oĩa fridi-
da sicut sunt sandali ꝛ rose ꝛ camphora.
¶ Et domus sit subterranea nõ angusta. ꝛ
porte sint septẽtrionales. ꝛ aspergat do
mus aceto ꝛ aqua frigida. ꝛ foliis salicis
ꝛ nenuphare. ¶ Et vtat sirupo viol'. nenu-
phar. zucc ro. ꝛ camphora. ꝛ sil'ibus aro
maticis dcis in caplo supius de tremore
¶ Si autẽ sincopis venerit propter causaz
frigidã: dentur aromatica cal'a. sicut ẽ mu
scus. ligni. aloes ambra. potio muscata.
diambra. ꝛ ita de aliis superius nomina
tis capitulo de tremore. ¶ Et dẽtur omnia
actu calida. ꝛ disponatur aer per artifici
um q sit calidus. ¶ Si autem sincopis fu
erit ex repletione: ꝛ repletio fuerit circa
stomacum inducatur vomitus. medicine
vomite frequenter dicte sunt. ¶ Et si reple-
tio fuerit circa intestina fiat clistere. ¶ Et si
sanguis dominatur fiat flobotomia cum
confortatione stomaci: ꝛ ab intus ꝛ abex
tra. ¶ Et si fuerit repletio aliorũ humorum
purgẽtur paulatine ꝛ minuatur cibus. ꝛ
fiat abstinentia sicut oportet. nec in hoc
casu cogatur recipere cibum. quoniã cõ-
muniter datur cibus cum virtus deficit:
ꝑpter repletionem tamẽ citius suffocat.
¶ Et ideo dicebat ypo. ¶ Neqꝫ quispiã me-
dicorum mihi repertus est qui vires egritu
dinum cognoscere valeat. ¶ Communiter
enim non distinguitur vtrũ virtus sit de
bilis propter inanitionẽ aut propter re-
pletionem. ꝛ ideo fedi errores sequuntur
¶ In sincopi igitur propter repletionem
inungatur abstinentia temperata iuxta
conuenientiã particularium. ¶ Si aũt
fuerit sincopis propter inanitionem. de
tur cibus subtilis ꝛ facilis digestionis:
frequenter ꝛ in parua quantitate.
¶ Detur igitur brodium carnis cum

sumit̃ a ꝯplexione. ꝯº igit̃ si fuerit tēpera
ta cū silibꝰ ꝯseruet̃. ꝛ si distēperata redu-
catur ꝑ ꝯtrariuꝫ paulatine ad tēperamen
tum. ¶ Sanguineis igit̃ det̃ cibus vergēs
ad frm̄ ꝛ siccū. ꝛ colericis vergens ad fri-
gidū ꝛ humidū. ꝛ flāticis ad ca. ꝛ subtilia
tiuuꝫ. ꝛ mel̃icis ad ca. ꝛ hu. ¶ Vn̄ intelligē
dū ſm Gal̃. viij. de ingenio. ꝙ oīs mala
cōplexio reducēda ē ad tēperamentū ni-
si vite accidentia impediant. meliꝰ em̄ est
fabro ꝙ sit flāticus ꝙ̄ si haberet corpus
tēperatū. ꝛ meliꝰ est piscatori ꝙ sit coleri-
cus ꝙ̄ si esset tēperatꝰ. igit̃ oīs mala ꝯple
xio in tp̄e sanitatis ē reducenda nisi vite
necessaria impediant. ¶ In tp̄e aūt egritu-
dinis ꝯplōnē naturalē reducere nullꝰ au
deat nisi an̄ egritudinē reducere incepis-
set ꝛ ꝯtinuasset. ¶ Intelligendū ſm Gal̃. li
bro suo de regimine sanitatis. ꝙ regimē
sanitatis nullꝰ pōt obseruare nisi ille qui
nō est occupatus in aliq̄ oꝑatione neces-
saria. oꝫ igitur ꝙ habeat vite necessaria.
ꝛ ꝙ sit libere cōditōis in oībꝰ. ¶ Quinta
cōsideratio sumit̃ a cōsuetudine. ¶ Cōsue-
tudo em̄ est res magna valde in ꝯseruati
one corꝑis humani. ꝛ in tp̄e sanitatis ne
dum in tempore egritudinis. ꝛ h̄ satis in
nuit Gal. viij. de ingenio. ꝛ in libro de cō
plexionibꝰ. vbi dicit ꝙ ꝯsuetudo est alte-
ra natura. ꝛ h̄ idē voluit Ypo. cū dicebat
parum deterior cibꝰ ꝛ potꝰ ꝛc. ꝛ cū dice-
bat ex multo tempore consueta ꝛc. ꝛ cum
dicebat asueti asuetos ferre labores ꝛc.
ꝛ cū dicebat mala dieta cibꝰ ꝛ potus ꝛc.
h̄ idem Arꝫ. in principio veteris methaᶜ.
magnā vim hꝫ cōsuetudo ꝙ indicant le-
ges. ¶ Postq̄ igit̃ cōsuetudo habet tantaꝫ
virtutē ꝛ in aīa ꝛ in corpore cōsuetudo ob
seruāda est h̄. ꝛ videmꝰ experimento ꝙ a
liqui cōsueuerunt comedere quater ī die
ꝛ nō leduntur. ¶ Aliqui em̄ cōsueuerūt vi-
gilare de nocte ꝛ dormire de die. ꝛ aliqui
cōsueuerūt comedere fabas ꝛ carnes bo
uinas antiquas. ꝛ aliqui fungos : ꝛ aliq̄
vulpes. ꝛ aliqui lac. ꝛ aliqui pisces. ꝛ alia
innumerabilia. ꝛ tn̄ dicunt se esse sanos ꝛ
se meliꝰ habentes. ꝛ propter hoc dicebat
Gal̃. viij. de īgenio. ꝙ ꝯsuetudo ꝯplexio
ꝛ etas indigēt similibꝰ. magnaꝫ igit̃ vim
habet ꝯsuetudo ꝛ nō soluꝫ hoc est mani
festū ꝑ viā experimēti: ꝛ ꝑ auctoritates. i-
mo etiā ꝑ rōnes. qm̄ nā gaudet in ꝯsue-
to: ꝛ in eo delectat̃: ꝛ illud amplectit̃: ꝛ iō
meliꝰ digerit̃. ¶ Et protanto dicebat Auic̃.
experimentum in hoc vincit rationem qꝛ
malus cibus vsitatus melior ē bono nō
vsitato. ¶ Oppositum tamen omnium isto
rum dicit ¶ Constantinus cum dicit. non
gaudeāt malo cibo vtentes. quoniam si
in presenti non leduntur in posteruꝫ per
cussionē non euadunt. ¶ Ego dicerem ad
hoc sic: ꝙ consuetudo aut conuenit cum
naturalibus aut non. si conueniat opti-
ma est ꝛ illa tenenda est si non conuenit
aut parum discrepat aut multum. ¶ Si pa
rum ꝛ est inhabituata adhuc potest con-
seruari. ¶ Si autem multum discrepat aut
est habituata aut non. si non nullo modo
est tenenda. ¶ Si est habituata: aut est in
tempore sanitatis aut egritudinis. si egri
tudinis tunc est obseruanda sicut ꝯº. la-
psa. quoniam sicut naturalis est: ꝛ suffi-
cit nobis morbum remouere. ¶ Si autem
fuerit sub latitudine sanitatis ꝛ fuerit ml̃
tum remota a dispositione naturali tunc
talis debet reduci: non subito sed paula-
tim: vt dando a principio illa cibaria ma
la ꝛ parum de bonis, ꝛ paulatine augere
bona ꝛ diminuere mala. ¶ Quoniam licet
videatur eis ꝙ bene habeant rōne etatis
aut temporis: aut fortitudinis virtutis ꝛ
ēt rōne ꝯsuetudis. nihilominꝰ paulatine
cadūt ꝟtutes īmineris, ꝛ cotidie parāt se
ad leprā aut ad mortē subitaneā. sic ille q̄
longo tp̄e vtit̃ carnibꝰ antiq̄s salitis aut
piscibꝰ bestialibꝰ. aut leguminibꝰ; aut car
nibus vulpinis, aut vrcinis, aut lacte et

piſcibꝰ:aut carnibꝰ quaſi crudis: aut qui
paꝝ dormit: aut qui nimiſ exercitat ſe pꝰ
cibū: aut qui ſine mēſura ſuſtinet calorē et
frigꝰ: ⁊ portet honera: ⁊ laborat. ⁊ ſuſtiet
multa agoniſtica in corpe ⁊ aīa. ⁊ ita de
alijs multis cōſilꝫibꝰ. ¶ Vere de talibꝰ pōt
dici ꝙ percuſſionē nō euadēt. ſicut illi qui
vtunꝫ fungis ⁊ iuſquiamo: ⁊ alijs venēiſ
ſicut ſunt marinarij ⁊ incarcerati: ⁊ in tpe
famiſ. ⁊ gn̄aliter qui aſſueſcūt cibaria cor
rupta ⁊ vtunꝫ grauis in tpibꝰ corruptis
natis: ⁊ multis ꝯſilꝫibꝰ. lꝫ eīn quātū de p̄
ſenti oibus videaꝫ ꝙ cōferant ⁊ bn̄ ferūt
nihilominꝰ in interioribꝰ ſunt corrupti. q̄
re paulatine ſunt reducēdi. ⁊ iō cū dicunt
auctores ꝙ tantā vim hꝫ dico ꝙ veruꝫ ē
ſi veniat cū naturalibꝰ aut ⁊ ſi diſcrepent
⁊ fuerit in tpe egritudinis: aut etiā in tpe
ſanitatis: ſi ſubito vellemꝰ reducere. licet
igiꝫ conſuetudo ſit tenenda quo ad tpa.
nihilominꝰ ois conſuetudo innaturalꝫ re
ducenda ē ad naturalē paulatine. ¶ Sexta
cōſideratio ſumiꝫ a tpibꝰ anni. in hyeme
igitur detur groſſus cibꝰ ⁊ multꝰ ſꝫ i vna
vice: ⁊ ꝙ vgat ad calidilateꝫ. ¶ In vere āt
cōpetit cibꝰ tempatꝰ: ſed ꝙ vergat ad p̄
uitatē pp repletionē frigidā i hyeme. In
eſtate cōpetit cibꝰ ſubtilis vergēs ad fri
giditatē: ⁊ nō detur multū in vna vice.
¶ In autūno detur cibꝰ in parua quātitate
⁊ debet vergere ad calidū ⁊ humidū.
¶ Ultima cōſideratio quantū ē de preſen
ti ſumiꝫ ab etate. nūc aūt ſm. G. viijº. de
ingenio. etas: cōplexio: ⁊ conſuetudo de
bent regi per ſimilia. ¶ Nūc aūt lꝫ calor ſit
equalis in radice in puero ⁊ in iuuene ſꝫ
Galꝫ. in de cōplexionibꝰ. iuuenes tn̄ me
lius digerūt ſicca. ⁊ pueri humida. ¶ In a
lijs etatibꝰ dieta reſumptiua ⁊ nutriēs ē
exhibēda. ⁊ iſta ſufficiant cā breuitatis.
¶ Intelligendū tn̄ ꝙ hoīes quibꝰ dn̄atur ī
tellectꝰ comedāt vt viuāt. ſed quibus du
ra ſenſus viuūt vt comedāt. hora autem
comedēdi de die ſiue de nocte eſt cū inci
pit quis fameſcere dū tamē fames fuerit
vera. ⁊ hoc intelligiꝫ in illiſ qui habent ci
bum paratū. qui aūt nō hꝫ comedat qn̄
habere poterit. qꝛ tales nō ſubiacēt legi
bus artis. ¶ Intelligendū ſm Gal. ꝙ ſubli
mior oim medicinaꝝ ē abſtinētia. qm̄ plu
res interficit cena ꝙ̄ gladius ¶ De regi
mine aūt ſanitatis verſificator aliqua di
xit ſic. ¶ Si vis incolumē: ſi vis te reddere
ſanum. ¶ Curas tolle graues: iraſci crede p̄
fanum. parce mero. cenare caue. nec ſit ti
bi vanū. ¶ Pergere poſt epulas. ſomnū fu
ge meridianū. ¶ Nō teneas mictuꝫ. nec co
gas fortiter anum.

¶ Caplm. ix. de nauſea ſubuerſione et abhominatione.

Intelligēdū quod faſtidiū ē quaſi quoddā genꝰ ⁊ ſpecies eius ſūt abhomina
tio: nauſea: ſubuerſio anime:
vomitus. ¶ Nūc autē de faſtidio dictū eſt:
de vomitu diceꝫ. ¶ De alijs tribꝰ in preſen
ti agitur. ¶ Faſtidiū igiꝫ omia iſta ambit ⁊
circuit. ¶ Abhominatio aūt eſt cibi prius a
mati ⁊ deſiderati abhorritio ⁊ indignatō
ita ꝙ ſolo aſpectu refugit ⁊ cōtriſtaꝫ. ¶ Et
ſi cogaꝫ acciperꝫ euomit: aut patiꝫ eructu
ationes fetidas: aut fumoſas: aut aceto
ſas. ⁊ eſt inter oēs ſpēs faſtidij deterior ⁊
magis periculoſa. qm̄ hic aufertur appe
titiua ⁊ digeſtiua. ¶ Nauſea aūt eſt volun
tas euomēdi ſine effectu pp hu. in villis
ſtomaci inuiſcatos. ¶ Subuerſio aūt aīe. ē
cōtinuꝰ appetitus nauſeandi. ¶ Nūc autē
oim iſtoꝝ ⁊ cauſe ⁊ ſigna: ⁊ curationes fe
re ſunt eedem

¶ Cauſe. Cauſe aūt abominatiōis et
nauſee aut ſūt extrinſece aut
intrinſece. ¶ Si extrinſece tūc ſunt oīa illa
que faciunt cibū corrūpi in ſtō. ¶ Iſta autē
ſunt nimia quies: ⁊ ocium: ⁊ ſomnꝰ nimi
us: ⁊ vigilie ſuperflue: ⁊ exercitiū nimiuꝫ
⁊ accidentia aīe: ⁊ coitus ſuperfluus: ⁊ ni
mia repletio cibi ⁊ potus. ⁊ cuꝫ groſſum
preponitur ſubtili. aut crudū ſuper ſemi
coctum. aut cū aliquis ſumit cibuꝫ ſin̄ ap
petitu. aut anteꝙ̄ ſuperfluitates ſint ex
pulſe. aut ante exercitium: aut qꝛ cibus ē
corruptꝰ. aut faſtidioſus: ſicut eſt frequēs
comeſtio anſerū ⁊ multa ſimilia. ¶ Si autē
cauſa fuerit itrinſeca: aut hꝫ ē pp ſtōm: aut
pp alia mēbra mittētia ſuas ſuperfluita
tas ad ſtōum. ¶ Et ſi fuerit ꝑpter ſtomacū
hoc eſt ꝑpter corruptione aliquaꝝ ſuarū
qualitatū: aut oium. ſola tam̄ vna ſufficit
aut ſi corrumpaꝫ appetitiua: aut cōtenti

Ad vomitum provocandum. R/ A. R/ boni vini lib. i. ellebori albi ℥ s. simul infundantur per .. horas & cola per pannum. da ℥ i. pro [illegible]

na: aut digestiua: aut expulsiua: aut quia vil li stomachi mollificant. Deficiunt autem propter lapsum suarum complexionum: et ita corrumpitur cibus. et tunc sequuntur ista accidentia. scilicet fastidium: abhomi tio: nausea: subuersio animae: et vomitus. Si in concauitate stomachi materia sit contenta. aliquando igitur fit ex co. vitellina. flegmate salso: aut fit a flegmate: aut ex melencolia: et hoc est vt plurimum.

Signa. Cause primitiue manifesta sunt. sed si hu. sint ca. adest ca. et siti s. Et si sint frigidi nullum istorum adest. Accidentia autem que consueuerunt sequi istas passiones sunt: dolor stomachi: dolor spatularum tristicia. somnia terribilia. sincopis vomitus. et similia. tamen si accidat vomitus multum iuuat nisi nimius fuerit. quia tunc posset esse causa omnium istorum.

Pronostica. Qui ista frequentaue rit non potest effugere cacochimiam ydropisim. tumorem pedum et faciei. et oculorum etc.

Cura. Si autem fuerint cause extrinsece et primitiue absindantur. Causa autem intrinseca antecedens et coniuncta euacuetur. Si autem fuerit causa ca. digeratur nisi de facili euomat cum oxizac. composita. et oxi. simplici. sumptis cum aqua ordei. et euacuetur cum duabus partibus trifere sarracenice reubarbarate. et tertia yerapigre. Deinde vtatur isto electuario. R/. zucca. ro. triasandali. diarrodon. abbatis. ana ℥ ii. misceantur. Si autem causa fuerit frigida que vt plurimum aduenit. tunc nisi euomatur de facili digeratur sic. R/. oxi. diur. oxi. squill. ana lib. i. misceantur et sumatur cum aqua decoctionis absinthii. et purgetur cum yera. acuata cum aloe et mastice. et vtatur potione muscata. diab. dianison. et diacitonite. et vtatur cinamomo. et mastice. absinthio et menta. quia ista rectificabant omnem stomaci corruptionem. dum tamen causa sit frigida: tunc amplectatur stomachus per hunc modum. R/. mastici. cinamomi. ligni al. zedoarie. galange. gariof. anisi. marat. ana ℥ iii. pulverizentur et misceantur cum oleo de mastice et balsamo. et postea misceantur cum foliis absinthii. mente. et pane asso intincto in vino puro et fiat emplastrum. et tepidum stomaco applicetur et faciet mirabilia: quia re ne . uz est.

Clarificatio. Intelligendum quod somnus et ocium possunt competere in crapula et in digestione stomaci dum tamen non multum excedant. et cum hoc quod committatur abstinentia. et quod humores digerantur et subtilientur. et licet in omnibus istis oportet euacuatio summe tamen competit alteratio quoniam valde difficile est curare cum habeat intensum appetitum et cotidie addant in eam. calefiat igitur stomachus et purgetur humor acetosus. aliter difficilimum est contra stimulum calcitrare etc.

Capitulum .x. de vomitu.

Vomitus est expulsio materie contente in stomacho per superiora: siue fuerit cibus: siue sanies: aquositas: siue humor. quicunque fuerit ille sicut sanguis. et ita de aliis. Anoscropha autem appellatur facilis cibi accepti expulsio per superiora. sed catascropha dicitur facilis cibi expulsio per inferiora. sed colerica passio appellatur angustiosa cibi corrupti detentio. deinde eius expulsio per superiora et inferiora. et ideo intelligendum quod aliqui habent quasi quandam proprietatem quod cibum receptum non possunt comprehendere nec retinere: immo expellunt et iterum postea accipiunt. et ita sunt in istis motibus continuis vel quasi continuis. Aliquando cum dolore: aliquando sine dolore. et causa istarum est vehemens debilitas contentiue stomaci. Vomitus igitur est materie contente in stomaco expulsio per superiora.

Cause. Cause autem sunt extrinsece: aut intrinsece. Si extrinsece sicut est nimia repletio cibi et potus. et inordinata eius receptio. et multiplicatio ciborum fastidiosorum: sicut sunt anseres: et acceptio medicine vomice: casus: et percussio capitis. et plaga. et tunc est prauum signum. quoniam significatur cranei lesum et substantia medullaris et similia extrinseca. Si autem fuerit causa intrinseca tunc est aut propter stomachum: aut propter alia membra. si propter alia membra: sic est propter humores euenientes a capite ad stomachum: aut ab epate: aut a toto corpore sic est in crisi. et ita de aliis membris mittentibus superfluitates ad stomachum. aut est propter vlcera: aut propter humores in stomacho agregatos stomachum agrauantes. Aliquando fit propter debilitatem contentiue: et fortitu-

dinē expulsiue. aliī ei hn̄t ꝯtentiuā ita ꝙ bilē ⁊ si pꝰ cibū acceptū moueāt̄: aut irascant̄: aut timeāt: aut videant aliquā rem turpem: aut audiāt loq̄ de ea statim euomūt: ⁊ tn̄ sunt sub latitudine sanitatis.

De vomitu sanguineo.

Sanguis ei euomit̄ aut ꝓꝑ cās extrisecas aut itrīsecas. Si ꝓꝑ cās extrīsecas sic ē casus: obuiatio: aut ꝓꝑ sāguissugā potatā de nocte aut de die ī fōte aliq̄ ignorāt. Si ꝓꝑ cām itrīsecā h̄ ē aut ꝓpter stōm: aut ꝓꝑ alia mēbra. ⁊ tūc aut h̄ est ꝓꝑ cerebꝝ: aut ꝓꝑ epar: aut ꝓꝑ retētionē mēstruoꝝ: aut emoroidaꝝ. aut ꝓꝑ retētionē alicuiꝰ ꝯsueti. ⁊ accidit ēt ī trūcatis de nouo ⁊ mutulatis: ⁊ exn̄tibꝰ in ocio. et multū replētibꝰ. accidit etiā ꝓꝑ stōm: in illis em̄ oibꝰ vene aut incidūt̄: aut rūpunt̄ aut frāgunt̄: aut apꝑiūt̄. q̄ q̄dē sang. pꝰꝙ ꝯgregatꝰ ē ī stō nā ipꝫ ꝑ vomitū expellit

Signa. Si fuerit ꝓꝑ cās extrīsecas discernit̄ ex illis. ⁊ si ꝓꝑ alia mēbra a stō discernit̄ ꝑ passionē illoꝝ. ⁊ si ꝓꝑ stomacū discernit̄ ꝑ ꝯ̄guedinē stōi ⁊ ꝑ priuationē alioꝝ: ⁊ q2 passio ē cōtinua. ⁊ si fuerit ab aliis mēbris ē interpolata. vomitū aūt futuꝝ designat nausea: tintillatō labioꝝ inferioꝝ: tenebratio oculoꝝ: tēsio ypocōdrioꝝ. Et si ē ex colr̄a ē cū siti ⁊ calore: ⁊ amaritudīe. ⁊ colore citrino eiꝰ q̄ euomit̄. ⁊ si ē ex flāte ē albū viscosū cū acetositate ⁊ h̄ūiditate ⁊ priuatiōe sitis. et si ex melr̄ia ē nigꝝ ⁊ pōticū aq̄sitas: sanies sanguinatio: satꝫ sūt māifesta. si āt fuerit sanguis color ē rubeꝰ. ⁊ cognoscit̄ ꝑticr̄a patiēs ꝑ ꝯ̄guediēꝫ ptꝫ

Pronostica. Vomitꝰ p̄t eē bonū signū ⁊ malū. bonū ei signū p̄t eē sic qn̄ ī fe. adueīt vomitꝰ ī die cretica. ⁊ pꝰ sig̃ digestiōis: ⁊ cū alleuiatiōe sꝑ ē bonū. si aūt venerit ī die n̄ cretica. cū signis digōnis nō apparētibꝰ. ⁊ cū aꝯ̄guatiōe ⁊ mala tolerātia: malū ē. vomitꝰ āt ī fe. pestilētialibꝰ sꝑ malꝰ. vomitꝰ simplex malꝰ. q2 nimia exhuberātia illiꝰ hu. signat̄. ⁊ si ē colr̄icꝰ sig̃t nimiā calr̄itatē illiꝰ hu. ⁊ si flāticꝰ nimiā frītatē. melr̄icꝰ āt solꝰ pessimꝰ. ꝯmistio āt ex istis minꝰ mala. vomitꝰ āt mirabr̄r ꝯfert ī pas. mēbroꝝ q̄ sūt a diafragmate inferius ⁊ q2 euacuat māꝫ aūcedētē: ⁊ q2 trahit ad oppositū ī pas. et stōi ⁊ ī pas. capitis. dū tn̄ fiat cū facilitate ⁊ sine angustia. alit̄ lederet̄ q̄ hꝫ pectꝰ debilē aut oculos. ⁊ ita de aliis. Intelligēdū ꝙ nullꝰ vomitꝰ frequēs bonꝰ p̄t eē. q2 talr̄ de stō suo fac̄ cloachaꝫ. ista aūt mā ē magis ꝑtractata ꝑticulariter a nobis in libello nostro de pronosticatiōe. Intelligendū ꝙ anascropha catascropha. ⁊ passio colr̄ica ꝙ̄tū est de se sꝑ mala.

Cura. In primis fiant fricatiōes extrem tatū fortes. ⁊ ligationes dolorose: ⁊ fiant per ꝯsequēs clisteria deinde curet̄ mēbꝝ mādās. deinde mūdificet̄ stōus. deinde ꝯfortet̄. ita tn̄ ꝙ stōus ca. ꝯfortet̄ cū frīs stipticis arōaticis. ⁊ ab intꝰ ⁊ ab ex. ⁊ frūs ꝯfortet̄ corᶜ. mūdificato cū aromaticis ca. ⁊ stipt cis. fria āt mālia sūt h̄. rose. sandali. coriādꝝ. cāphora. corallꝰ. bolꝰ armenicꝰ. flos malig̃. ⁊ cortex ⁊ succꝰ acetose. acetositas citrāguloꝝ citroꝝ ⁊ silr̄iū. sumac. mirtilli berberis. pira coctana. mel ēblicoꝝ. opiū. iusq̄amꝰ papauer. sꝫ tn̄ ista narcotica applicet̄ cū magna cautela: sic̄ frequēt̄ dictū est. Mālia aūt ca. sūt hec lignū aloes. storax. calamita. ābra. spicanar. spica celtica. calamꝰ aromaticus. nux cipssi ⁊ folia eiꝰ. gariof. nux mus. mirra: mastix. thus albuꝫ. cortex cit. cortex fisticoꝝ. mēta. rutha. absinthiū. panis assus ⁊ in aceto infusus. pulla assa lardata cū gariof. ⁊ aspersa aqua ro. muscata ⁊ vino si odoret̄ multū vꝫ. cū tn̄ nō fit fe. supposito igit̄ ꝙ dieta sit laudabil: ⁊ ꝙ corpꝰ sit mūdificatū. ⁊ ꝙ mā sit distracta ad oppositū. tūc si cā est frigida. accipiat̄ vnū ꝺ illis materialibꝰ dictis vr̄ plura ꝫm cōueniētiā ꝑticulariū ⁊ administretur ab intꝰ ꝑ modū sirup. aut elr̄ij. ⁊ sic ꝺ aliis. aut applicent̄ ab ex. ⁊ h̄ pōt fieri ꝫm plures modos: sicut supꝰ in silr̄ibꝰ frequēter dictū ē. Et ita si cā eēt ca. applicemus medicamia frā. si āt vomitꝰ eēt ꝓꝑ vlcera vtat̄ tali potiōe. ℞. mirre. sarcocolle. mumie. masticis. thuris. an̄. ʒ. i. vini optimi. lib. ij. bulliant simr̄. ⁊ accipiat cotidie mane ⁊ sero qualibet vice. ʒ. i. ⁊. ʒ. communiter aūt loquēdo. ī oī vomitu valꝫ iste puluis si in cibis apponat̄. ℞. corticis citri. ligni aloes. masticis. coriād. se. portu. sandali muscatellr̄i. an̄. ʒ. ij. fiat puluis ⁊ pōat̄ in cibis. Item sonnꝰ longus ⁊ ꝓfundus

multuz valet ⁊ sudor similiter. quare oz ꝓuocare cuz cū narcoticis ſm tempamētum cōferūt ⁊ ventoſe. ⁊ si fiat expulsio cibi per superiora fiat ventosatio in inferioribus et eꝯ. ⁊ in colera fiat in vtroqꝫ latere. Et est intelligendū ꝙ vomitꝰ mřicꝰ nō est restringendꝰ nisi quāto tardius est possibile. Intelligendū ēt ꝙ fabe cū cortice ⁊ cum modico aceto multū valēt ꝯ vomitū. Similit si decoquant lentes ⁊ proiciat prima aqua. ⁊ deinde decoquantur cū aqua ⁊ aceto multū valet cōtra vomitum. valet ⁊ calefactio extremitatū. aut infrigidatio earūdē ⁊ est mirabile. valet etiam vomitꝰ. ⁊ si materia ē pauca ita ꝙ nā nō possit cōprehendere inducat vomitꝰ post cibū. Si aūt corpꝰ fuerit multū plenum ⁊ alia particularia cōueniāt fiat flobotomia. In cā igit calida odoret camphora. ⁊ in cā frigida muscꝰ ⁊ ambra. Si autē fiat vomitꝰ sanguinis in primis fiat flōia. Et si a capite fiat de cephalica. Et si est ab aliꝫ partibꝰ fiat de epatica. Deinde fiant fricatiōes extremitatū fortes. deinde vtat succo planta. deinde vtat isto electuario. ℞. diacodion. diapapaueris. triasandali. zucca. ro. facto cū rosis siccis carniuz citoniorꝫ cōditorꝫ cū zuccaro fine speciebꝰ. aā. ℥. i. misceant. valent etiā alia conglutinatiua sicut est virga pastoris: bursa pastoris. ypoquistidos. bolus armenicꝰ. ⁊ similia. siue interiꝰ siue exteriꝰ applicata. Ultimū āt remediū est potare opiū cū suc. plātag. ⁊ croco.

Clarificatio. Intelligendū ꝙ licz vomitꝰ sit res cōtra naturā quo ad modū: tñ est contra naturam quo ad rem. qm̄ hūores declinant aliqñ ad superiora ⁊ natura euacuat illos ꝑ partes ad quas declinat. ⁊ ita vomitus pōt eē creticus ⁊ ad bonū. nec etiā est incōueniens idē membꝝ diuersis familiaribus deseruire. sicut describit in de iuuamentis mēbroꝝ. lz igit meri deseruiat naturaliter virtuti attractiue. nō tñ ē inconueniens: aliqñ virtuti vomitiue deseruire que quidez virtus vomica fit per villos latitudinales tunice extrinsece. hoc autē fit naturaliter. siue in crisi cū humor supnatat ⁊ versus stomaci superiora inclinatur. Secundo notandū qm̄ qñ stomacus est fortis nō fit vomitus. sꝫ cū ē debilis: ⁊ potissime pars superior. qm̄ tunc materie aduenienti nō pōt resistere. nec etiā cū velit tollerare. ⁊ iō qꝛ mā ē in stō sicut sarcina. iō expellit eā a se. sed ad quandā distantiā curat. sed si mā declinat versus superiora expellit eā ꝑ vomitū. Et si declinat ad inferiora expellit eā ꝑ secessuz. Et si sit in medio expellit vtrūqꝫ mō. nec oz hoc bonitati attribui expulsiue sꝫ magis sinthorti. ⁊ est simile ꝯportitore cum portat onus graue. qm̄ expellit eū quācūqꝫ distātiā nō curat nec locū eligit. pōt igit esse ex bonitate nature expellentis sicut in bona crisi. ⁊ potest esse expulsio sintortica sic ē i mala crisi. Tertio intelligendū ꝙ subiectū huius pas. ꝙ ē vomitꝰ pt eē pars superior ⁊ pars inferior. lz diuersimode. qm̄ pars inferior patitur quoad virtutē expulsiuaz que cogitur expellere nociuuz ꝑ superiora. patit etiā pars superior quo ad cōtentiua que nō pōt ꝯtinere nec resistere. qm̄ vomitus nō fit nāliter nisi qꝛ pars inferior est fortis ⁊ superior debilis. aliter nō fieret expulsio per supiora licet expulsiua inferior aliqñ expellat magis ex debilitate ꝙ ex fortitudine. cuz expulsio est sinthortica qm̄ exonerat se: sed ad quā distātiam nō curat sicut portitor magni oneris: vt dictū est. ⁊ ita subm̄ huius pas. pōt eē pars superior vel inferior. Quarto aduertendū ꝙ vomitus nō cōpetit in ꝯseruatione sanitatis recte cōseruando. sed bñ ꝯpetit ꝓseruādo. ⁊ ꝓ tāto Aui. ⁊ quidā aliꝫ ꝯmēdant vomitū semel in mēse. Attamē multū cauendū est a mala cōsuetudine vt humores ad stōm nō mittant. Quinto notandum ꝙ vomitus pōt eē medicina vomitus. sicut dolor [illegible] medicina doloris. cū isti duo vomitus ꝯriantur ⁊ quo ad cās: ⁊ quo ad effectus. sed q̄ ad cās hoc ē ꝙ morbus ē causa vnius: ⁊ ars alterius. quo ad effectus drñt. qꝛ vnꝰ ē ad bonū ⁊ alt ad malū. ⁊ ita possibile est ꝙ vomitꝰ sit medicina vomitus. Sexto intelligendūz ꝙ si cibus descēdat ad inferiora tūc stiptica ꝯpetūt ante cibū. ⁊ si ad superiora ꝯpetunt post ⁊ si simul superius ⁊ inferius tūc competunt ante ⁊ post. ⁊ exterius aā ⁊ retro.

Caplm. xi. de inflatiōe stomaci.

et pone ventosas [illegible]

Inflatio stomaci

Inflatio stomaci ē vētositas agregata in stō, pter debilitatē virtutis digestiue inducēs tumorē: inflationē: eructuationē: tortionē: et rugitū. Si fuerit in intestinis: qm̄ vētositas agregata in corpore diuersos sonos et melodias gñat fm̄ sui grossiciem et subtilitatē. et fm̄ latitudinez et stricturā meatuum. et fm̄ diuersitatē locorum. sicut aliquo modo diximus supi⁹. et sicut dicit Gal'. vi. de morbo. Et est intelligendū φ qñ calor est debilis p cōparationem ad materiā tūc generat vētus. p tāto qr potēs ē resoluere: sed nō est potēs cōsumere: et ideo in extremis tpib⁹ nō ganerātur nebule in aere. in estate non. qr calor potens est et dissoluere et resoluere. nec in yeme: qr tunc nō fit dissolutio. fit igit in tēporib⁹ medijs ita est in corpore humano. qñ enim calor est fortis et mā obediēs. tūc nulla vētositas generat in corpore humano. sed si talis esset fortis et mā ventosa vaporosa nō oīno consumptibilis. sicut est vinū nouum. et fabe et similia. tunc bene causatur vētositas. sz hoc est magis gratia materie φ gr̄a agētis. et ita generatur aliqñ ex allijs et cepis et similibus. qñ aūt calor est debilis non causatur vētositas. quia etiā resoluer nō pōt. sed quando est claudicans tūc vētositas causatur.

Cause. Ventositas enim aut causat a causis exterioribus: aut ab interioribus. Si ab exteriorib⁹ sicut ē frigiditas exterior penetrans vsq ad interiora. sicut in regionib⁹ frigidis. et in corporibus debilibus et raris. aut fit a calore nimio exalāte calorē naturalez. et fit ex nimia quātitate cibi et potus. aut ex caliditate. sicut est cib⁹ nimis calidus. aut frigidus. aut vētosus. sicut sunt legumina: aut rape: et sil'ia: aut ppter ordinē: aut qr cibus nimis calidus sumpt⁹ ē in medio mense. aut post. aut qr non sequūtur cibū ea que deberēt sequi. sicut est quies. et ocium. et somn⁹ et tēperātia in accidentibus aīe. et sil'ia. Si aūt fuerit ab interiorib⁹ tē hoc ē aut ppter stomacū. aut ppter alia mēbra. Si propter alia membra hoc est ppter ventositatem aut corruptionez factaz in alijs membris q̄ quidē postea ad stomacum delegant: sicut accidit in opilatione venaz meseraicaz. aut sicut accidit ppter intestina supiora: aut inferiora: aut mirach ventris a quo mirach accidit nimia melencolia mirachia sicut dictum est superius. Mirach autem est quidaz panniculus sicut pinguedo subtilis extensa circa intestina ad modū cuiusdā retis et cē. aut fit hoc ppter splenē. aut epar. aut matricem. et ita de alijs. fit etiā proptē stomacū aut ratione sui. qr non potest cibum digerere. aut cōuertere. aut rōne cibi et humorum ibidem existentiū. et ita vētositas semp sequit in digestionē. et minorationē. et corruptionez cibus igit aut humor corrupt⁹: qr in alienā naturā trāsmutatus est.

Signa. Si prouenerit ex causis extrinsecis discernitur ex indicio. et si ex alijs mēbris a stō discernit ex grauedine illorū et alijs similib⁹. et discernitur φ a stomaco qr pas. est cōtinua. Et si est ex calore tūc adest calor et sitis et eructuatio fumosa. Et si ex frigiditate tūc est eractuatio acetosa. et si est ex flegmate est cum humiditate. et si est ex mel'ia est cum siccitate.

Pronostica. Vētositas aut ē modica aut multa. Si modica possibile est φ veniat ppter bonitatē virtutis expulsiue. Si magna et frequens semp est malū. et in rōne signi: et in rōne cause. in rōne signi qr significat corruptionē virtutis digestiue. i rōe cause qr hec vētositas corrūpit digestiuā cū inducat motū. et si vadat ad cerebrū aut causat dolorē. aut vertiginē. et similia fm φ vadit ad loca diuersa: et ita de alijs mēbris.

Curatio. In primis postφ ventositas generata est studeat ipsam patiēs expellere p supiora cū eructuatione: aut inferius cū peditu. Si aūt violenter retineatur posset magnū inducere nocumentum. et quādiu erit materia purgetur cum yerap. Illa autem que valent in consumptione ventositatis sunt ista: et cum hoc stomacū confortant. s. anis

ſum.maratrũ.ameos.ſiſeleos.rutha.baccas lauri.coſtus.ſpicanar.origanũ calamentũ.⁊ ſil'ia. Ualet etiã dianiſon.diaciminũ.diagalanga.diambra.diacitoniten Fiat etiã ab extra ſacellatio cũ ſale ⁊ milio.aut cũ aniſo.⁊ cimino.⁊ rutha: aut cũ furfure. Et põt inũgi cũ oleo laurino.vel coſtino.vl' decaſtoreo. Deinde fiat balneum vbi iſta apponãtur q̃ dicta ſunt. Deinde ventoſe poſſunt ſtomaco applicari. Si aũt fuerit ex cauſis exterioribꝰ abſcidantur:⁊ per contrariũ ad tempieꝫ reducantur. Et ſi fuerit ꝓpter alia mẽbra curentur illa ſicut dicetur in locis ſuis.

Clarificatio. Intelligendũ ꝙ licꝫ flã ſit frĩa ⁊ hũiduꝫ nihilominꝰ aliqua ꝑs eiꝰ reſoluta in vaporẽ põt hr̃e portionẽ acutã nõ aqueaꝫ ⁊ ſiccã nõ hũidam. ⁊ ita vẽtoſitas gñata ex flãte ñ ꝑticipat tm̃ de ſiccitate ſicut vapor reſolutiuis a co.⁊ mel'ia. Et iuxta h' intelligendũ ꝙ rugitus nõ fit ꝓprie i ſtõ nec ex ſola vẽtoſitate ſed cãtur rugitꝰ proprie ex ventoſitate mixta cũ hũiditate ẽꝫ Gal.in de morbo.⁊ ita vẽtoſitas generata ex flãte ſi fuerit in inteſtinis ꝺ facili poteſt cauſare rugitũ.

Caplm.xij.de tortura inteſtinoꝝ.

Tortura inteſtinorũ eſt dolor ſtõi cum punctura ⁊ anguſtia ⁊ inquietudine. ⁊ vehemẽti malicia ⁊ mutatione decubitꝰ ꝑꝑ co.⁊ hu.incluſos in inteſtinis. Intelligẽdũ ꝙ iſta paſ.hꝫ accidẽtia ita terribilia ꝙ aſſimilatur cardiace paſſioni. ⁊ paſſioni ypocondriace q̃ mirachia appellaꝶ.de q̃ fuit facta mẽtio ſupiꝰ caplo de mel'ia.⁊ aſſimilatur yliace paſ.⁊ colice.

Cauſe. Cauſe aũt huiꝰ paſ.aut ſunt extrinſece.aut intrinſece. Si extrinſece ſicut eſt acceptio nimia ciborũ ca.ſicut ſunt cepe ⁊ allia.⁊ ciboruꝫ nimis frõrum.ſicut ſunt lactuce.melones.cucurbite. Si ãt cauſe ſunt intrinſece tũc ꝓuenit aut ex hu.ca.aut fri.aut ex vẽtoſitate. aut vẽno.aut apoſtemate.aut ex paſ.matricis.aut ex vermibꝰ.⁊ ſil'ibus.

Signa. Si prouenerit ex calore eſt cum ſiti ⁊ ardore, ⁊ punctura ⁊ dolore acutiſſimo pũgitiuo. Et ſi fuerit ex hu.fri.cognoſcitur qꝛ nullũ iſtorũ eſt.⁊ eſt cũ graucedine.⁊ iuuaꝶ a ca. ⁊ leditur a fri. Et ſi ẽ ex vẽtoſitate mutaꝶ dolor de loco ad locuꝫ. Et ſi eſt ex apoſtemate tũc eſt febris. Alie autẽ cauſe diſcernũtur in locis ſuis. ⁊ extrinſece diſcernuntur ꝑ indicia.

Pronoſtica. Si autẽ iſti paſ.ſuꝑuenerit fluxꝰ vẽtris bonũ eſt.⁊ ſi fuerit cã cõſtipatione tanto anguſtia maior intelligendum. Propterea ꝙ iſti q̃ iſtã paſ.patiũtur aut habent ſtõm debilẽ ⁊ inteſtina.⁊ multuꝫ ſꝶibilia aut nõ. Et ſi primo modo ⁊ paſ.durauerit in ſincopiꝫ cadẽt ⁊ mortẽ.⁊ ſi non euadere poſſunt.

Cura. Si autẽ fuerit ex cauſis extrinſecis abſcindãꝶ.⁊ ſi ex paſ. notis ſicut ſunt apoſtemata.vermes.⁊ ſil'ia curẽtur illa ſic oꝫ. Et ſi fuerit ex veneno deꝶ tyriaca.mitridatum. Si aũt fuerit ex hũoribus.tunc ſi ſunt ca. In primis fiat cliſtere de malua.biſmalua.violaria.oleo viol'.ſuffure.caſſiaf.⁊ ſil'ibꝰ. Deinde digeratur mã cũ ſiru.viol'.ſirup. nenuphari.⁊ purgeꝶ cum mirab.cit. ⁊ mãna. ⁊ caſſiaf. aut cũ el'io de ſucco ro.⁊ trifera ſarra.reubarbarata. Deinde fiat balneũ.deinde fiant ſacellationes cũ milio aſſo.aut cũ veſicca enea plena aqua ca. Si autẽ cã fuerit frã groſſa.vẽtoſa.tũc in primis fiat cliſtere de ruta.origão.calamĩto.bleta.abortano.aniſo.⁊ maratro.oleo laurino.⁊ yerap.⁊ ſil'ibꝰ. Deinde digeraꝶ mã cũ oxill' diuꝶ.⁊ ſquill'.vbi bullierit abſinthium et yſopus ⁊ ſil'ia. Deinde purgeꝶ cũ mirab. cheb.⁊ turbith.⁊ agarico. aut cũ bñdcã. ⁊ ſil'ibꝰ. Deinde ponaꝶ in bal°.vbi ſit aniſuꝫ maratꝝ.camomilla.anthos.ſticados Deinde ſacelleꝶ cũ ſale vſto ⁊ allijs. ⁊ inungatur cũ oleo laurino. coſtino.rutacelino.caſtoreolino.⁊ ſil'ibꝰ. Intelligenduꝫ ꝙ ſi fluxus fuerit nimiꝰ ⁊ cã frã multũ vꝫ naſturciũ aſſuꝫ.⁊ ſi nõ ẽ fluxꝰ deꝶ naſturcium nõ aſſuꝫ.⁊ qꝛ cã frã vẽtoſa frequẽtius aduenit iõ multa ſunt h' ponẽda. ⁊ ſꝶ iſta.lignũ al'.carpobalſamꝰ. ſpicanardi. ſq̇nãtũ.aniſuꝫ.maratꝝ.rutha.galãga.zedoaria.⁊ pip abſinthiũ.⁊ ſil'a.⁊ ſi cã fuerit ca.tũc vꝫ ordeatũ.aq̃ ordei. panis iſu

sus in aq̄ frā. lactu. portu. malagra. ⁊ sifia frā. ⁊ dicūt expimentatores φ in ista pas. multū vȝ erica⁹ assus. ⁊ calcane⁹ porci.

Clarificatio. Intelligendū φ ex cepis ⁊ alijs silib⁹ calidis pōt vēt⁹ cāri qñ calor nō potest vincere ⁊ supare. qñ aūt ē ita φ calor fortis est ⁊ cib⁹ nō multū abūdat tūc vincit ⁊ supat. siue fuerit multū ca. sicut allia. siue multū frūs sicut lactuca. ita φ san. laudabil' gñatur ſm. A. in de cōplexionib⁹. ⁊ qñ nō vincunt tūc generabit san. multū inequalis ⁊ incōueniens. ⁊ ita ex cibo ca. non bene victo nō bñ supato pōt causari ventus. Iste tamen vēt⁹ erit multuȝ ca. ⁊ siccus. ⁊ cōtrariū de cōtrario. Secūdo possum⁹ talia circa istā materiaȝ inuestigare. Queritur si vētositas ⁊ rugit⁹ fiūt a calido. ⁊ videt φ sic. nō enim fit vētositas nec rugit⁹ nisi mā resoluatur. sed resoluet nō fit nisi a calido. quare calidū erit cā. oppositūȝ videt dicere Viaticus ⁊ iuxta hoc. si fit ab intēso calore. ⁊ videt φ sic. illō eniȝ videt forte φ subtiliat materiam plusφ esſȝ. sed vapor ⁊ vētus sūt subtiliora φ mā aqua resoluit quare ħ fit a forti calido. Oppositū arguit qñ si calor esset fortis tūc nō solū resoluetur sed cōsumetur. sed hoc non fit. quare ⁊c. Et iuxta hoc querit q̄re plus fit resolutio a flāte φ a mel'ia cū sit mā aquosa. ⁊ iuxta hoc de tortura cui⁹ mēbri fit pas. Respōdeo ⁊ dico φ vētositas ⁊ rugit⁹ ⁊ sil'ia causant aliqñ ex dispōne m^c. magis. ⁊ aliqñ ex pte agentis magis. mā aliqñ est parata vētositati. sicut est grossa multa cruda in digestiua ventosa. sicut sunt legumina et fructus ⁊ similia. aliqñ nō est de se parata sicut sunt cibaria subtilia ⁊ digestibilia tūc ex alia parte calor ē multū δbilis ⁊ talis nullus resoluit ⁊ cōsumit. aut est medius. ⁊ calor medio modo se hȝ. Tūc ponamus φ calor sit multum debilis. tūc dico φ nulla fit resolutio siue mā sit parata siue nō. tunc ponamus φ calor sit multuȝ fortis ⁊ agat in materiā dispositā ventositati tūc dico φ nō cambit ventū: q2 resoluit ⁊ consumit. Sȝ ponamus φ agat in materiā grossaȝ multā crudā vētosam tūc dico φ generabit ventū. qñ rōne fortis caloris resoluit. ⁊ rōne compactionis materie nō cōsumet. tūc ponam⁹ φ calor remissus agat. tunc aut agit in materiam grossaȝ aut subtilē. Si in grossam multā nō generabit ventū. q2 nihil potuit resoluere. nō eniȝ fuit obiectuȝ ꝓportionale. Si aūt agat in materiā subtilē tūc generabit vētuȝ. qñ resoluit ex debilitate materie. sed nō consumit ex caloris paupie. ⁊ est simile de gñatione nebularuȝ ⁊c. q2 nō generant in tēporibus multū ca. aut fris sed in medijs ſm Gal. vi. de morbo ⁊ ex hoc patet solutio ad duo prima. Ad tertiū dico φ frequēti⁹ fit ex flāte cū sit humor citius resolubilis φ mel'ia. cū vētositas gñata ex mel'ia tardius resoluat propter maiorē grossiciē. Ad vltimū dico φ ꝓprium subiectū torture aliqñ est fundus stomaci. Aliqñ ps supior intestinoꝝ aliqñ vtrūqȝ ſm φ mā'a ꝑtinet ħ vl' ibi ⁊ est pas. difficilis quasi cardiaca vt dictū est propter sensibilitatē membroꝝ ⁊ magnitudinē cause.

Capitulū. xiij. de lienteria.

Lienteria ē fluxus vētris in quo comesta ⁊ bibita egerūtur ī eisdē q̄litatib⁹ in q̄b⁹ intromissa sūt ꝓpt debilitatē ꝓtētiue stōi ⁊ intestinoꝝ supioꝝ ⁊ vlcera eorūdē. Intelligendū circa istā materiā φ fluxus vētris ē multiplex sicut aliquo modo tactū est supius. ⁊ sicut perfect⁹ tanget in recapitulatione φ facient⁹ de fluxu vētris. q̄dam est fluxus qui vocat anastropha. ⁊ quidam catastropha. ⁊ quidā pas. col'ica. ⁊ quidā lieteria. ⁊ quidā diarria. ⁊ quidā tenasmon. Anastropha vt dictū ē appellatur velox expulsio cibi per supiora ⁊ inferiora. cuius cā ē hūor corrupt⁹ in stō q̄ trāsit ad mēbra. ⁊ iterū reuertit ad stōm. ⁊ natura subito ⁊ cū impetu expellit p superiora ⁊ īferiora ꝑ tāto q2 ex illo sentit puncturā ⁊ mordicationē ⁊ dolorē ⁊ angustiā. Lieteria ē flux⁹ cibal' ī qua natura nō gerit aliq̄d de quo sit curandum. ⁊ iō emittit sine amissione sue spēi. quia non est facta transmutatio nec ad chilum nec ad chimū ante ipsius expulsionem.

Diaria autē est fluxus hūoralis. ꝛ q2 curatur sicut alij fluxus. iō nos nō facimus capl'z singulare. Dissintria appellatur fluxus hūoralis cū san^e. ꝛ saluo honore. A. bn̄ pōt apparere flux⁹ san. cū lientia. tenasmon aūt appellatur nimia volūtas assellandi siue effectū ꝑpter mordicationē longationis.

Cause. Cause autē oīum fluxuum: aut sunt extrinsece sicut sunt aer nimis hūidus austern⁹. aut corrupt⁹ inordinat⁹. venenosus. pestilētialis. Aut fit ꝑpter cibū: q2 assumpt⁹ ē ī nimia quātitate. aut in mala q̄litate. aut ꝭm ineptū ordinem. aut q2 fuit ventosus. aut ꝑpter casum ꝛ ꝑcussionē. ꝛ sil'ia. Si aūt venerit ꝑꝑ causas intrinsecas. aut est ꝑpter stomacū ꝛ intestina. aut ꝑpᵗ alia mēbra. Si ꝑpter alia membra tūc aut prouenit a capite sicut in catarro: aut ꝑꝑ opilationem venarū meꝭaicarū. aut ꝑuenit ab epate mittente supfluitates suas ad stomacum ꝛ intestina. Et silr' hoc fit ꝑꝑ splenē. aut matricē. aut propᵗ totū corpus. aut propter crisim. Et si veniat a stō ꝛ intestinis tūc aut accidit ꝑpᵗ malā cōplexionē. aut ꝑpᵗ vlcera. Et si ꝑpter malā ꝯpl'onē aut est cū materia: aut sine mā. ꝛ iō aliqn̄ debilitatur cōtentiua ꝛ fortificat' expulsiua aliqn̄ vtrūqȝ debilitatur. ꝛ cū hoc indigestiua. ꝛ h̄ fit ꝑpter aliquā de malis cōplexionib⁹ excedentē cū mā aut sine materia si fuerit frā siue ca. aut fitꝛ ēt ꝑꝑ paralisiz istoꝝ mēbroꝝ. Vlcera autē fiunt ꝑpᵗ humores ca. ꝛ acutos pūgentes ꝛ mordicātes ꝛ vlcerantes.

Signa. Cause autē extrinsece manifestantur ex indicio. ꝛ si sint intrinsece ꝛ si sint ab alijs mēbris a stō ꝛ intestinis cognoscitur ꝑ passiones ꝛ grauitates illoꝝ. verbi gratia si ꝑueniat a capite tūc apparēt signa reumatis. ꝛ dolor capitis: ꝛ flux⁹ maior p⁹ somnū lōgū. ꝛ sic caput nimis infrigidet': aut calefiat: aut agitet': aut euentetur adest fluxus maior. ꝛ ita de alijs membris possum⁹ intelligere ꝑ grauitatē partis. ꝛ sicut dicet' inferi⁹ capl'o de recapitulatione. ꝛ si ꝑuenerit a stō ꝛ cā sit frā tūc est a principio cuz eructuatione acetosa. ꝛ si fuerit ꝑꝑ paralisim tunc sentit dolorē. Et si fuerit ꝑpᵗ vlcera tunc sentit calorem ꝛ mordicationē sitim ꝛ arsuram.

Pronostica. Colica passio si frequēter aduenēit pessimū et mortale. Si liēteria venerit post dissinteria mortale. Dxireuma q̄ nō fuit a principio in oī fluxu vētris bonū est q2 contētiua incipit aliquo modo vigorari. ꝛ digestiua digerere. ꝛ ideo bonū.

Cura. Tria sunt q̄ curāt fere indifferenter oēm fluxū. Primū ē coagulū leporis. ꝛ coagulū edi. Secunduz est caseus antiqu⁹ si decoquat' in multis aquis dulcib⁹. ꝛ postea desiccet' exhibeatur postq̄ tota salsedo bulliēdo recesserit. Tertium est lac vaccinū seu ouinū a q̄ butirū fuit abstractū ꝛ post bullitū. Quartū est nasturciū assum ꝛ exhibitū cū lacte caprarū vbi ferrū ignitū fuerit extinctū aut calculi fluuiales cādentes. Quint⁹ ꝛ pōt addi aqua pluuialis: qm̄ rōne calidi affixi vapori aqueo facit ad exalationez m^e. aut facit penetrare ad epar. ꝛ ita cōstringit pro tāto ꝙ intestina vent' nō ꝑmittit. Et q2 de curatione oīs flux⁹ nō agim⁹ sȝ ꝓprie de curatione liēterie. iō curationez breuiter liēterie prosequemur. Si lienteria fuerit ex mala ꝯplexione sine materia solū alteratiuis curat'. Et si fuerit cū materia oportet ꝙ mūdificetur. Si igit' fuerit materia frigida in causa mundificetur corp⁹ cū mirabol'. chebul'. Et si cā fuerit calida cum mirabol'. cit. Deinde vtatur isto medicamine. Si cā fuerit ca. ℞. boli armenici. terre sigillate. coralli. oīum sandal'. sumac. berberis. se. citonioꝝ. psidie. balaustie gallarū. acacie. ypoq̄stidos. mirab. ro. siccaꝝ. san. dra. an̄. ʒ. i. puluerizentur ꝛ misceātur cū succo plantagi. ꝛ succo absinthij. ꝛ fiant trocisi. ꝛ cum vti volueris distempetur vn⁹ cū lacte caprino vel ouino bullito ꝛ cocto vbi lapides candētes fuerint extīcti. Si āt cā fuerit frigida fiat istud. ℞. anisi. cimini. nasturcij. assarū. mastic. thuris ladani. storacis. calamite. ambre. mirte. nucis cipssi. folioꝝ ei⁹. an̄. ʒ. i. misceāt' cū succo absinthij. ꝛ fiāt trocisci ꝛ exhibeant' cū predicto lacte.

Clarificatio. Intelligendū ꝙ lienteria post dissinteriā est incurabilis vt dictū est: cui⁹ rō est: qm̄

fit dissinteria villi q̄ sunt mēbra radicalia ⁊ irrestaurabilia sunt consumpti ratione vlceris. ⁊ ideo q2 non possunt restaurari ideo lieteria est incurrabilis ꝓpter abrasionē ⁊ villoꝝ deperditionem. Secūdo intelligendū qm̄ lz in ore sit aliqualis digestio ⁊ etiā in supiorib⁹ itestinis nihilo minus crudus erit cibus i lieteria: q2 modica est illa digestio: ⁊ forte nō est nisi q̄dā preparatio. ⁊ est intelligendū iuxta h ꝙ exq̄site loquēdo nō est oīmoda indigestio saltē quin aliqđ benignū trāseat ad epar. alter eiꝫ nō essꝫ vita. ⁊ ideo cotidie corp⁹ cōsumit tn̄ quātitas est ita modica ꝙ sensui n̄ ē bn̄ pceptibile. ⁊ ꝑ tāto dr i eisdē quātitatib⁹ ⁊ q̄litatib⁹ in q̄b⁹ intromissum est. licet oīno nō esset verū ponderata mēsura. sꝫ quo ad sēm verū est q̄re ⁊c.

Dubium. Tertio posset aliquis dubitare si error factus in prima digestiōe corrigat p scđaꝫ ⁊ videtur ꝙ nō. qm̄ in habētib⁹ se p ordinem corrupto p̄mo corrūpit ⁊ scđꝫ. sed digō stōi est p̄ria. quare p aliqđ aliud corrigi nō poterit.

Dubium. Preterea corrupto fortiori corrūpitur ⁊ debili⁹. ⁊ ita nō poterit fieri correctio sed stōus est mēbrum fortius cū agat supra indigestū ⁊ indispositū ⁊ oīa alia supra dispositū q̄re corrigi nō poterit. Cor nobili⁹ corrigit innobili⁹ sꝫ epar est mēbꝝ nobili⁹ ꝙ stōus. q̄re epar errores stōi corrigere poterit.

Responsio. ⁊ respōdeo ⁊ dico ꝙ duplex est error. quidā magnus ⁊ quidā paru⁹. ⁊ quedā erit correctio cōpleta. ⁊ quedā incōpleta: tūc dico ꝙ si in prima digestione aut in primis digestionibus accidat error ⁊ sit paruus sicut est minoratio digōnis bn̄ pōt corrigi p secūdas digestiuas. supposita sanitate illoꝝ mēbroꝝ. ⁊ ꝙ nō accipiatur cib⁹ in longo tpe. ⁊ ꝙ error nō intercedat in aliqua de vi. reb⁹ nō naturalib⁹. imo oīa faciāt ad correctionē. Si aūt esset error magn⁹ sic esset ablatio vel corruptio. tūc rectificari nō potest cōplete. licet omnes res nō naturales adiuuarēt. sed aliquo modo incōplete pōt rectificari. ita. s. ꝙ nullus error inter cadat. sꝫ potius adiuuetur ex debita applicatione sex rerū nō naturalium: qm̄ in vno quoqꝫ mēbro est ꝑpria virt⁹ i alijs nō existēs. sm̄ gal. vij. de ingenio. ⁊ cū hoc omne agens agit in materiaꝫ sibi proportionatā. ⁊ cū hoc forma nō introducitur in qualibet materia. sed in pata ⁊ disposita. cum igit stōus ⁊ epar sint duo mēbra diuisa alia est virt⁹ vnius ⁊ alia alterius. ⁊ ita vnū nō poterit cōplere defectum alteri⁹. Preterea alia est materia et obiectum supra ꝙ agit stōus. ⁊ aliud ē illud supra qđ agit epar. Si igitur alia et alia sunt subiecta qđ deficit in vno non poterit cōpleri per aliud. Preterea alia est forma que introducitur ex virtute epatis. ⁊ alia que introducit ex virtute stōi. sicut igitur alia ⁊ alia est virt⁹ ⁊ forma ita alia ⁊ alia erit materia ⁊ subiectū. ⁊ ideo ꝙ derelictū est a stō nō poterit rectificari per epar. q2 materia nō est cōueniens. et ita forma nō introducitur cū virt⁹ sit alia ⁊ alia. ⁊ materia. ⁊ forma. quare si cib⁹ totaliter crudus vēiat ad epar modica aut nulla fieret correctō. ⁊ ita dico d cibo corrupto: ⁊ p eandē rōnem dico ꝙ si cibus corrumpatur in epate nō pōt postea rectificari per mēbra. ⁊ ideo cum hu. corrupti generētur in epate generantur multe egritudines in toto corpore sicut est scabies. pustule. lepra. morphea. fe. apostema. ⁊ sīlia. Si igitur fuerit modic⁹ error i primis corrigi pōt in secūdis: ⁊ si magn⁹ nō corrigetur. ⁊ si aliquo modo corrigat nō tn̄ etiā semi cōplete. ⁊ cū arguis ꝙ nobilius corrigit innobilius. verum esset si equaliter ⁊ codē modo ageret supra idē. Nūc autē nō est ita. alia que sunt ꝑ alia pte cōcedo p modū tn̄ dictū. Ultimo notādū ꝙ sdm̄ hui⁹ passionis primo ⁊ principaliter est stōus. secūdo possunt esse intestina ⁊ potissime superiora ⁊c.

Capitulū. xiiij. de dissinteria.

Dissinteria est fluxus sanguineus cū ex corriatione ⁊ vlceratione intestinoꝝ.

Cause. Cause aūt dissinterie ⁊ alioꝝ fluxuum aut sunt exteriores aut interiores. si exteriores sicut ē aer corruptus aut cibaria acuta sicut sunt allia cepe. ⁊ acetuꝫ. ⁊ sīlia: aut medicine vbi ē diagrediū. aut al's. aut pulpa coll. ⁊ sīlia.

Et si fuerit ꝓpter cās intrinsecas tūc aut sunt in mediate aut remote. si i mediate sicut est co. acuta vlcerās ꝛ pūgēs ꝛ mordicās. aut flā salsuz. aut aliqͥs hūoꝛ acut⁹ adustus. aut ruptura vene aut aptio. aut corrosio. ꝛ ita de aliȷs causis imediatis. Si autē cause sunt magis remote ꝛ ꝓpt pas. alioꝝ mēbroꝝ tūc aut ꝓuenit a capite p modū reumatismi. aut a stō. aut ab intestinis trib⁹ gracilib⁹ supioꝛib⁹. aut a tribus grossis inferioꝛib⁹. aut venit ꝓpter venas meseraicas. aut ꝓpt opilationes epatis aut ꝓpter duriciē ꝛ opilationem splenis. aut ꝓpt apostema istoꝝ mēbroꝝ aut ꝓuenit fluxus pp matricē. aut ꝓpter emoroi. aut ꝓpter mutilatos. aut ꝓpter totū corp⁹. aut pp crisiz. aut ꝓpter egritudines liquefactiuas. aut causon ꝛ ethicā ꝛ si qua sunt silīa. ꝛ ideo ſm diuersitatez cāꝝ ꝛ mēbroꝝ diuersi sunt flux⁹. qm̄ qdā est chilosus. ꝛ quidā aquosus. ꝛ quidam coleric⁹ niger. ꝛ quidā virulēt⁹ saniosus ꝛ quidā sanguine⁹. ꝛ qdā al. viscosus ꝛ qdam sicut carnis frustra. ꝛ quidā fetidus ꝛ quidā nō. ꝛ si fuerit chilosus tūc stōus intus nō patitur. sed vene meseraice nō poterūt chilū trahere. ꝛ si est aquosus hꝫ est pp maliciā stōi. ꝛ si est coleric⁹ hꝫ est ꝓpter colerā. ꝛ nigra ꝓpter melīaz. ꝛ alb⁹ pp flā. ꝛ sanguine⁹ ꝓpter san. ꝛ virulētus saniosus. ꝛ fetidus ꝓpter corruptionem hu. ꝛ apostema. ꝛ si assimilat carni ꝓuēit ꝓpter san. cōgelationē ꝛ dissinītia prouenit aliqñ pp vlcerationē factā in intestis supioꝛib⁹. ꝛ aliqñ ī inferioꝛib⁹. ꝛ aliqñ ī mediȷs. Et flux⁹ ventris hꝫ. iiȷ. tpa q̄ distingunt penes ea que egrediūtur vel penes sinthoꝛta.

Signa.

Cū aūt dissinteria prouenit a ptib⁹ supioꝛib⁹ tūc ē ibi doloꝛ aut grauitas. ꝛ egō nō est sicut quidā rasura aut lotura ꝛ san. est forti⁹ mixtus cū egōne. ꝛ si fuerit pp intestina inferioꝛa est ibi doloꝛ ꝛ grauedo. ꝛ egō est cū quibusdā ptētis scamosis ꝛ furfureis. ꝛ san. nō est admixt⁹ cū egōe. Et si fuerit a mediȷs oīa medio modo se hñt. ꝛ hꝫ doloꝛē v̄sus vmbilicū. ꝛ si fuerit pp opilationem epatis tūc flux⁹ maioꝛ est de nocte q̄ de die. ꝛ ita pꝛodus ꝛ egō est q̄si a san. sepata ꝛ cū modico aut nullo doloꝛe. Et qꝛ in aliȷs ptib⁹ nō est grauedo nec doloꝛ nec egō est multoꝝ coloꝝ. Signa aūt alia ꝛ aliaꝝ cāꝝ tacebo: aut qꝛ dcā sunt. aut qꝛ ꝯplete dicent caplo de replicatiōe oīuz fluxuuz: aut qꝛ pñt habēi p doloꝛē ꝛ grauedinē ꝛ passionē pticule patiētis. aut p colorem ꝛ odorē eorum que egrediuntur a corpore aut p indicia ꝛ potissime cū sit ex causis primitiuis.

Pronostica.

Ois fluxus ventris ꝛ ois egō prouenīens a co. adusta ꝛ melīa adusta q̄ ꝓiecta sr terrā bullit sicut acetū. aut q̄ musce fugiant eā si in principiȷs moꝛboꝝ venerit moꝛtalis ē. i latitudie āt sanitatis aut in declinationib⁹ moꝛboꝝ posset venire p viā mundificationis q̄ discernitur ex alleuiatione ꝛ bona tollerātia. oīs eniz fluxus cū pulsu vermiculoso ꝛ foꝛmicāte q̄ non cōfoꝛtat p cibos assumptos ꝛ medicamina moꝛtalis est. oīs flux⁹ p⁹ egritudinem veniēs. ꝛ cū adhuc manet egritudo ꝛ nō minuit vel est cū mala tollerantia moꝛtalis est. Preterea flux⁹ sanguinolentus in ydropisi malus. fluxus cuz vomitu ꝛ singultu ꝛ alienatione moꝛtalis ē. Preterea si in discinteria p⁹ aurā sinistrā appareat pustula similis oꝛobo cuz mag siti ifra diē vigesimū moꝛietur. Preterea si retētio supfluitatū molesta ē ꝛ ei⁹ expulsio nō est alleuiatiua nisi ad modicū tempus. inquātū pturbat intestina ꝛ diu durauerit moꝛtalis est. Itē oīs fluxus prolixus in senibus est moꝛtalis. oīs eniz fluxus stomaci ꝛ intestinoꝝ cū nausea ꝛ vomitu est malus. oīs fluxus qui prouenit ab epate ꝛ toto corpore cōturbatiu⁹ ē nisi ꝓuenerit p viā crisis salue. In omni fluxu vētris casus appetit⁹ est malus. flux⁹ vētris propt stomacū est magis diurn⁹. ecōtrario est de epate. Egestio nigra causata a melēcolia p viaz adustionis differt ab egestione nigra sanguine. ꝛ causata a colera adusta. quoniā talis dispositio venit propt melēcoliam tūc proiecta supra terrā bullit sicut acetū. ꝛ vermes si desup proȷciantur moriūtur. in aliȷs non est sic ꝛ co. non venit ad tantā nigredinem: sed ad quandā luciditatem. Mutatio ciboꝝ in dissenteria malum: sed in foꝛma bonū si de intentione fuerit artificis; si in fluxu

bus appareāt puſtule ⁊ ſubito deliteſcāt malum. ¶ In pꝛincipio diſſinterie non fluxus eſt ad moduʒ loture carnis. ⁊ poſtea ſicut raſure pargamenoꝛum. ⁊ poſtea ſicͣ quedam fruſtule carnis ⁊ villoꝛum. ¶ Et ſi fuerit pꝛopter inteſtina ſuperioꝛa expeditus eſt. ¶ Et ſi fuerit pꝛopꝫ inferioꝛa carnoſa ſaluari poſſet. ¶ In ventris fluxibus cum doloꝛ aduenit circa vmbilicū ⁊ partes inferioꝛes ⁊ ſtatim ſequitur egeſtio: pꝛoculdubio ibi eſt particula patiens. et ſi non venerit fluxus ſtatim ſed tarde. pꝛoculdubio cauſa eſt in ſuperioꝛibus inteſtinis.

Cura. In pꝛimis ſi particularia conueniāt fiat flōia. deinꝺ purgetur ſꝫm exigentiā humoꝛis. ¶ Et ſi co. eſt in cauſa purgetur cum mirab. citͬ. ⁊ ſi flegma. ſalſuʒ cum mirab. cheb. ⁊ ſi melͣia cū indis. ⁊ conficiantur cum aqua plu. vbi fuerit dꝛagagantum. ⁊ gumi arab. ⁊ vuepaſ. ¶ Et ſi eſt flā ſalſum detur acetū multū ca. ⁊ in alijs cauſis detur frigidum. deinde mundificetur vlcus cum aqua oꝛdei ⁊ bꝛodio cicerum vel cum aqua piſciuʒ ſalſoꝛum ⁊ melle: ⁊ oleo ro. deinde ponatur ventoſa ſine ſcarificatione ſupꝛa ventreʒ deinde dentur conſtrictiua ⁊ conglutinatiua ⁊ conſolidatiua ⁊ carnis regeneratiua per modum vnguentoꝛum: aut emplaſtroꝛum. aut puluerū: aut potionum: aut eclͣioꝛum. aut trociſcoꝛum. ⁊ ſimiliuʒ. ¶ Et ſi cauſa fuerit in inteſtinis ſuperioꝛibus dētur medicamīa per os. ⁊ ab exteriꝰ ſupꝛa particulā patientem applicētur. ¶ Et ſi fuerit pꝛopter viciū īferioꝝ fiāt cliſteria vbi ſit pinguedo renum capꝛaꝝ ſine ſale ⁊ ſimilia. ¶ Et ſi fuerit in medijs apponantur medicamina ꝑ ſuperiꝰ ⁊ ꝑ inferius ⁊ ab extra: ⁊ ante ⁊ poſt. ¶ Si autem cauſa vergat ad caliditateʒ tunc materialia que cōpetunt ſunt iſta. plantago. quinꝗʒneruia. poꝛtulac. ſuccus moꝛoꝛum immaturoꝛū. ſuccus caude equine. ſuccus pedis coꝛuini. ſuccus coꝛianꝺ. ypoquiſtidos. acacia. bolus armenicus. terra ſigillata. ro. ſicce ſandalͤ. coꝛrallus ematites ſumac. balauſtia. galla. mirtilli. ⁊ extremitates. ⁊ fructꝰ arboꝛū ſtipticarum. ſicut ſunt pira coctana. meſpila. coꝛna. pꝛunella. ⁊ multa conſimilia. coꝛtex malig. ⁊ floꝛes eius. ceruſa lota. cupule glandium: ⁊ multa conſimilia. ¶ Fiant igitur potationes aut trociſci. aut cliſteria. ⁊ exhibeantur cum aqua pluuiali: aut cū lacte recenter mulſo vbi ceciderint lapides fluuiales candentes: vel fiat iſtud quod eſt pꝛobatū in diſſinteria cronica. ℞. oſſa oium mirabolͤ. ⁊ aſſentur deinde. ℞. reub. ⁊ aſſetur. deinde. ℞. boliār. ⁊ carab. ⁊ iſta pulueriʒentur. deinde conficiantur cum mucilagine dꝛagagan. ⁊ gumi arab. infuſoꝝ in ſucco plantagi. ⁊ fiant trociſci ⁊ cuʒ vti volueris diſtemperentur in lacte parato ſicut dictuʒ eſt: ⁊ ſine dubio multū valet. ¶ Si autē cauſa vergat ad frigiditatem tunc accipiantur iſta ſcilicet coꝛtices caſtanearū. ⁊ aſſentur valet ⁊ mirra. caſtoꝛeum. coꝛtex thuris. ſtoꝛax. calamita. aniſum aſſum. ciminum. aſſum. ⁊ ſimilia. ¶ Et addantur aliqua frigida ſicut eſt ſumac. mirtilli. cupule glandium. bolus armenicus. ¶ Et eſt hoc notandum ꝙ coagulum lepoꝛis cum ſucco plātagi. ſumptum curat omnē fluxuʒ. ¶ Cliſtere contra diſſenteriam. ℞. ſuc. poꝛtulͤ. ſuc. plātagi. ſuc. virge paſtoꝛis. anā. ℥. ij. ſumac mirtilloꝛum. cupullarum glandium. acacie carte combuſte. aluminis vſti. anā. ʒ. ij. ſepi renuʒ capꝛarum. vitelloꝛum ouoꝛuʒ coctoꝛum. anā. ℥. iij. fiat decoctio in aqua pluuiali ⁊ fiat cliſtere multis vicibus. ¶ Si autem non poſſit doꝛmire fiat ſuppoſitarium quod inducat ſomnuʒ ⁊ conſtringit ⁊ hoc eſt magnum remedium. fiat igitur ꝺ mirra ⁊ ſtoꝛace. calamita. croco ⁊ opio ⁊ ſuc. plantagi. ⁊ albumine ouoꝛum. ⁊ ingenietur ꝙ ſit ſolidum vel per ſe vel cum pannis vel bombace ⁊ ſimilibus.

Clarificatio. Uniuerſaliter paruʒ debent accipe de cibis ⁊ potibus in vna vice. ⁊ potiſſime cum fluxus aduenit pꝛopter opilationem epatis. accipiat igitur cibaria que in parua quantitate multum nutriunt ſicut ſunt teſticuli galloꝛum ⁊ epar galline pinguis. ⁊ vitella ouoꝛuʒ quaſi indurata ⁊ aſſata. pānis de tritico quaſi aʒimꝰ ⁊ riſi toꝛrefactū cū lacte butiro extracto. ⁊ vinū groſſuʒ ponticū cum aqua plu. frā. et

extrema aīaliuz. ⁊ pisces parui assi. valēt etiā galline pdices. turtures. ⁊ assentur si nō sit fe. Et si esset fe. coquant cū aq̄ plu. vbi sint semina citonioꝝ. sumac. vz etiam miliū coctum cū lacte vbi fuit butiꝝ extractuz: valēt etiā fabe fracte. ⁊ lētes excoriate cocte cū aqua plu. ⁊ lacte parato. ⁊ modico aceti. Intelligendū ꝙ tyriaca multū valet in fluxibꝰ. ⁊ potissime si causa fuerit frā. ⁊ multe alie opiate valent sicut est requies philoniuz rubea trociscata. ⁊ similia. Preterea valēt electuaria ⁊ potissime cū cā est ca. ℞. diacodion. triasandal. carniū citonioꝝ cū zucc. sine speciebꝰ. zucc. factū de ro. siccis miscete. añ. ʒ. ij. misceātur ⁊ dētur cum aqua plu. ⁊ si cā fuerit frā detur istud. ℞. diaolibani: diamēte: diacitonitē: diacodion. añ. ʒ. ij. misceātur.

De fluxu vētris propter catarrum.

Ingenia curationis morboꝝ quãtum ẽ de presenti sunt decẽ. Primũ sumitur ex morbo. iuxta illud Gal. v. de ingenio. semꝑ ante mentis aciem egritudinis cognitionem habeas. Prima cõsideratio sumpta a morbo fortis est ⁊ valida. qm̃ si cõsideratio morbi ⁊ alioꝝ ꝑticulariũ cõtradicãt fortior ẽ cõsideratio sumpta ex morbo potissime si morbus fuerit intensus. Docet igit̃ ꝑ cõtrariũ fieri curationez. ceteras igit̃ significationes distrahat ⁊ abscindit. ⁊ suaz declarat significationem. sicut h̃ v̾ba possũt colligi ex dictis. G. v. ij. de igenio cap. finali. Quãtum igit̃ de p̃nti ingenia curandi morbos sumpta ex morboꝝ essentia sunt tri. Primuz sumitur ex morbi essentia. s. si simplex vel compositus. ꝙ continet tria ingenia. In primis igitur ꝯsideremus si morbus est simplex vel cõposit⁹. ⁊ si simplex. aut intẽsus. aut remissus. ⁊ si remissus d̾bile medicamẽ sufficit i reducẽdo. ⁊ si intẽsus forte medicamẽ intẽsum ꝑ ꝯ̃riũ est applicandũ. si autẽ cõposit⁹ est: morb⁹ ꝯsiderandũ ẽ: ex quot ⁊ ex quãtis sua cõ ficitur ꝯpõ. ⁊ ꝫm diuersitatem cõpõnis sunt diuersificãda medicamina. cõsiderãdũ igit̃ est ꝙ istoꝝ sit molesti⁹. ⁊ molestiori ipsius debemus succurrere' aliud non negligendo. Secundum ingeniuz dependet ex primo. s. ꝙ consideremus si vnũ est causa alterius. ꝗ si sic. prius succurrendum est cause. Et tertium ad hoc ingenium ꝙ cõtinetur sub primo ẽ ꝙ consideremus si vnum non põt curari nisi aliud pri⁹ curet̃. ⁊ ita pri⁹ succurrẽdũ ẽ si ãt eq̃liter. ẽ ꝯsideratio. eq̃lit̃ vtrũqꝫ curet̃. a morbi essentia est sumendũ exordium. Secũdum ingenium v̾o estꝗ ꝙ consideremus si dolor est iñctus egritudini ꝙ causam doloris remoueamus. dolorem autem mitigemus. ⁊ si non est nobis alia via ꝙ stuporem inducamus. ⁊ hoc fiat cum cautela ꝙ in stupefaciendo nõ transeam⁹ pa⁊ pauer. suo enim stupore domesticum est ꝫm Auic. Tertium ingenium sumitur ex tempore. s. ꝙ extrema tẽpora sicut estate ⁊ yeme teneamus. s. in medicinis laxatiuis. ⁊ vomitus. ⁊ incidẽdo. ⁊ aperiẽdo. ⁊ in omni forti medicatione. si igitur indiguerint quãtuz erit possibile moderetur. Quartum ingeniũ sumitur ex accidẽtib⁹ anime. s. ꝙ regimen declinet ad letitiaz ⁊ gaudium. ⁊ moretur cum dilectis ⁊ cum illis quos timet. vt prohibeant eum a nocitiuis. Quintum ingeniũ sumitur ex motibus ⁊ mutationibus. s. vt mutet̃ de domo ad domum. de camera ad cameram, de magnis villis ad paruas. ⁊ quod mutetur ad media. ⁊ ad montes. ⁊ ad valles ⁊ aquas. ⁊ aerem. ⁊ ꝙ omnia declinẽt ad delectationem ⁊ ad maiorem aeris puritatem. ⁊ ita mutetur forma. ⁊ sit ordo: ⁊ modus breuiter omnia q̃ consideret medicus ꝙ letitiam inducere possit. aut curationem. aut appetitum. ⁊ similia. Sextũ sumitur ex natura egritudinis. scilicet si est breuis terminatiõis vel tarde. Si breuis ꝙ cib⁹ minuatur. ⁊ si fuerit acuta aut furiosa ꝙ prius euacuetur non expectando digestionem. ⁊ si corpus fuerit plectoricum: aut materia ventosa. ⁊ sic de alijs et si est tarde terminationis ꝙ euacuemus post digestionem et confortemus virtutem infirmi. cum cibis ⁊ potibus. ⁊ simus etiam magis liberales in dãdo q̃ in subtrahendo. Septimuz consideremus si est cum apostemate. in pris vtatur repercussiuis nisi talia fuerit q̃ nõ

impediant.sic est corpis plenitudo.aut fu
ria:aut vẽtositas:aut dolor nimiꝰ: aut ꝙ
non esset in emunctorio membri nobilis
⁊ siliã. Et ꝙ in augmẽto ponamꝰ partiz
repcussiua ⁊ ptim maturatiua:mũdificati
ua:abstersiua.⁊ sic de aliis iuxta cõueniẽ
tiam pticulariũ. Octauuz sumitur ex ae
re.s.ꝙ semp egritudini contrariet.⁊ ꝙ sit
medius elongatꝰ a locis corruptis.⁊ iõ
oz ꝙ nõ sit nimis coartatꝰ nec nimis vẽ
tosus.sed mediocriter ꝓspicere dz igitur
medicus dispositionẽ siccitatis.⁊ domꝰ.
⁊ si fuerit in pte decliuiori siccitas ꝙ ipm
faciat mutari ad supiorem partẽ ville cuz
cautela ꝙ sit cautus iportando a labore
⁊ debet aduertere medicus si est officiuz
maxime patientis cõtristans ipsuz. sicut
sunt fabri ⁊ macellatores.⁊ paratores co
riorũ:⁊ fundentes sepum.⁊ qui operan
tur de sulfure.⁊ similibus.⁊ cuilibet de
bet respicere domũ.⁊ ꝙ intret cameram.
⁊ si est iuxta terram ꝙ nõ sit reumatica.et
si est superius ꝙ nõ sit nimis ventosa. et
si est de lapidibus:aut postibꝰ: aut tegu
lis.aut terra:aut qd medico occurrat:ob
seruet:⁊ in oĩbus iuxta naturaz egritudi
nis ⁊ aliorum particulariuz. Nonũ sumi
tur ex ministris ⁊ necessariis:⁊ medico:⁊
coquinatori. De ministris qd sint boni ⁊
patienti diligentes. Et qd appetant salu
tem patientis.⁊ qd nõ nunciẽt ei aliqua
sinistra.⁊ quod non pmittant intrare nisi
paucos.⁊ ꝙ diligentia ministrorum ad
uertatur ad omnia que dicta sunt. intrin
secus.s.ad latratum canũ ne impediatur
somnus ⁊ casum.⁊ ruinaz.⁊ si veniat su
dor ne sit discoopertus:neqꝫ nimis coop
tus.⁊ potissime ꝙ non artent ipsuz.quia
multi ex hoc suffocantur.⁊ aduertat ad
multa alia signa similia ad que narran
dum non sufficeret presens dies. Et
aduertere debet potissime ad coquinam
ꝙ cocus sit tẽperatus. si enim esset flam
maticus res multum salsas iudicarentur
ab eo insipidas.⁊ sic de aliis.⁊ in morta
rio ꝙ nihil teratur nisi ad opus infirmi.⁊
ꝙ vasa sint vitriata trea vel stagnea. aut
cupata ⁊ sic de aliis per ordinez ꝙ medi
ci industrie relinquatur.⁊ cum hoc atten
dendum est ad medicum.⁊ preter condi
tiones quas ponit Aly.scilicet ꝙ sit bo

ne visiõis in.v.mensibꝰ.⁊ velocis solłcie
⁊ bone rememorationis.⁊ boni iudicii.
⁊ sani intellectus.oportet ꝙ habeat in se
tria.sapiens:⁊ diligẽs:⁊ ꝙ operetur ſm
artem. Prima istarum est summe neces
saria.ex hoc quod sit potens interpreta
re dicta Ypo.⁊ Gal.⁊ vniuersalia ⁊ par
ticularia discernere. Vniuersalia par
ticularibus applicare. quare oportet ꝙ
sit sciens. secundo ꝙ sit diligens. scilicet
ꝙ de mane visitet patientem.⁊ potissime
propter vrinam ⁊ residentiam.vt videat
colorem ⁊ substantiam anteꝗ̃ corrumpa
tur.⁊ ordinet de cibo infirmi ⁊ aliis par
ticularibꝰ.⁊ obuiet periculis futuris. et
reprimat precedẽtia. Secũdo debet visi
tare in meridie vt possit bñ videre nãm
actũ.terminũ.⁊ cõpositiones morboꝝ.⁊
accidentia eoruz.⁊ vt ordinet somnifera
medicamina:⁊ cibis crastinũ.⁊ alia q̃ po
test considerare circa infirmuz ꝙ reddat
ipsum obedientez:⁊ assistentes: diligen
tes:⁊ omnia que intrinsecꝰ eius sunt ad
vtilitatez infirmi. Tertio ꝙ medicus ope
retur ſm artẽ.s.per canonẽ.Gal. ⁊ Ypo.
⁊ aliorum sapientũ.⁊ in hoc condẽnatur
omnis ars augurandi.sicut est ars geo
metria.⁊ suspendendi herbas ad collum
⁊ omnia empica.⁊ sorticinia:⁊ falsina. et
alia quãplurima q̃ non est bonum reuela
re propter abutentes.qui cõsciẽtia negle
cta vtuntur magiĉ.⁊ quibusdaz ingeniis
fatuis.⁊ cum omni solłcia:pessima:⁊ ma
la lege.⁊ multa similia que nõ est tũc nar
rabile:vt quod calumniosum puniatur.
⁊ testor deum ⁊ nimiruz ꝙ nunꝗ̃ vidi ho
minem maliciosum in medicina qui diu
duraret dies suos.quia nõ habet euentꝰ
sordida preda boues. Decimuz ingeni
um sumitur ex effectu medicaminis.nam
si vides ⁊ processu cognoscis ꝙ nõ bene
operatur nullo modo moreris in errore.
sed corrige ipsum. si autem recte operet̃
non mutes medicamẽ sed mutes modũ
quia a cõsuetudine non fit pas.in aliis cu
ratio. Nã duruz lapidem gutta cadendo
cauat.si autez aliquis agat diminute. Di
cit Auic.ꝙ tunc natura curabit. aut ma
nifestabit. Si autem timeas ignominiã
da que nõ possunt iuuare:nec nocere. de
quo sit curandũ,sicut ẽ simplex iulep, ⁊ si

misia.⁊ in tantū insiste libris die ac nocte
⁊ ꝯsidera tumorē:⁊ dolorē:⁊ lesionē opa
tionū ⁊ anotomia:⁊ q̄ egrediunt a corpe
⁊ iuuātia ⁊ ledētia.⁊ qui ad ista diligent
cōsiderauit est possibile ꝙ cognoscat aut
ſm veritatē aut cōiecturā ꝓximā verita-
ti: si nō ē lapis molēdini.⁊ talib⁹ nō scri
bo. Undecimū ingeniū sumit ex mō me-
dicādi.⁊ dicit Auic. Ampli⁹ scire debes
ꝙ nō oīs repletio nec oīs malicia cōple-
xionis suo medicat cōtrario. sed sufficit
administratio bonitatis regimīs.medic⁹
igit melior ē qui egritudinē cum cibis et
potib⁹ curare poterit vel sciuerit. Insista
mus igit in primo in curatiōib⁹ morboꝝ
in potib⁹ alteratiuis ⁊ medicis alteranti
bus ⁊ digerentib⁹:⁊ si nō.cū manuali o-
peratiōe que cirurgia appellat sūt ista in
genia que sumunt ex morbi essentia. In
(Ingenium 27) geniuz ſm principale sumit a cōplexiōe
cōplexio eñ dʒ cognosci a medico ⁊ toti
us ⁊ partis per ea que docʒ Gal.i.tegni
Circa cōplexionē cadūt sex regule. Pria
est ꝙ dʒ attēdere cōplexionē:q2 tunc cir-
ca illa versant opatiōes:nō circa alia. sic
docet Gal.xi.de igeuio sanitatis cap.i.
versus finē.scīa ꝯiecturas ⁊ ꝓxima veri-
tati est eleuatio in discratia sua.⁊ ꝑ conse
quēs naturā medicamīs ⁊ nām gradua-
tionis:⁊ in quo gradu ⁊ meta eleuet me-
dicamē.⁊ ita ſm qualitatē ⁊ quantitatē ⁊
modū:⁊ si nō exquisite:saltez in aliJs me
dicamīb⁹ ꝑ viā rationis ⁊ experimēti ap
propinquabo ad veritatē quātū est possi
bile ex arte:⁊ fortissimū capitulū ē ⁊ indi-
get solsti.ingenio. Secūda regula est qñ
cōplexionē scio.scio terminū reductionis
⁊ qñ debeo cessare ab alteratiōib⁹.est eñ
cōplexio ī alterādo ⁊ reducendo. sicut si-
gnū ad sagittaz.ipsa eñ in ignorata ma-
nualis casual' est operatio. Tertia reg'a
est ꝙ oīs discrasia sil'is cōpl'onis facilio-
ris est reductiōis. Iuxta illud:in morbis
min⁹ periclitant egrotātes ⁊c.q2 sil'e ꝺ fa
cili patit a suo simili.⁊ in cā presumit de-
bilis.⁊ ita si col'ic⁹ ⁊ flāticus incurrāt ter
tianā:minori reductiōe indiget col'ic⁹ ꝙ̄
flātic⁹.q2 discrasia eēt in suo simili. Quar
ta regula ē ꝙ oīs discratia ī ꝯ̄ria ꝯpl'one
difficilioris reductiōis ē ⁊ fortiorib⁹ indi
get medicinis.qñ mā terret fortior post

ꝙ̄ discratia ē introducta nō obstante con
trarietate particulariū.fortis eñ ē ignis
qui in aq̄ nō extinguit.⁊ ita flātic⁹ qui in
currit tertianā fortiori indiget reductiōe
⁊ ista sūt vera vt plurimū inquantū est de
natura rei.tñ alique cōditiōes debēt ap-
poni que predicta impediūt.sʒ sunt ꝺ ra-
ro cōtingentib⁹.circa hec ponam⁹ talem
casuz. Ponam⁹ col'icus aliquis in estate
qui vtat cibis ca.aggregabit multitudi-
nem co.possibile ē ꝙ illa co.lʒ multa non
putrefiat:vtpote q2 boni regimis in aliJs
vt exercitio:⁊ in balneo:⁊ in fricatiōibus
⁊ aliJs. Tunc ponam⁹ flātic⁹ in estate vel
yeme in quo dominet.ʒ.co. possibile ē ꝙ
balneet in balneis alumiosis.aut q2 subi
to exponit se aeri frigido.ꝙ in illo est pu
trefacta.ʒ.i.⁊ in alio col'ico qꝺ putrefiat
lib.i.peior erit etiā co.in col'ico nō est du
biū:q2 mā est maior.ita cū diximus de con
uenientia ꝑticulariū.intelligim⁹ ꝙ oīa sūt
paria ⁊ nō diuersa nisi in cōpl'one.⁊ tunc
manifestat canon.predict⁹ medicamē ve
ritas posset iudiciū impedire. Quinta re
gula est ꝙ oīs ꝯplexio siue laxa siue nō i
tpe morbi cōseruāda est.nisi ante egritu-
dinē laxsam cōplexionē incipisset reduce
re.sicut testat Gal.vij.de ingenio sanita-
tis.vbi equale pōt eē reducēdi ca.⁊ fri.sʒ
modus ē inequalis nō in eodē eñ tpe in
quo ca.reducit fri.in eo.fri.ca.cū sint cal'i
tates actiue.mod⁹ tñ nō ē equal'.q2 si mē
brꝝ fri.alteret.⁊ ca.mēbꝝ vicinum ledet a
medicamine fri.multū ledet.q2 fri. ē natu
re inimicū occidēs ⁊ mordificās.totū cō
trariū ē de hu.⁊ sic.qñ mod⁹ reducēdi est
equal':sʒ tp̄s nō equale.humidū eñ ꝺ fa
cili reducit a sic.sed sic.tarde ab humido
ꝓtanto dicebat Gal.facili⁹ rē humidā de
siccare:ꝙ̄ siccā humectare.mod⁹ tñ est eq̄
lis.qñ mēbꝝ sanum vicinum non altera
tur.de quo sit curandum ⁊ sic.nec ab hu.
⁊ cetera.

Tertiū ingeniū principale sumit a
virtute siue actione siue opatiōe
membroꝝ. Virt⁹ eñ in primis cō
siderandū qñ sublimior oīm cōsideratio
num vel intentionū ē intētio sumpta ex
virtute.sicut dicit Gal.in fine prime par-
ticule regimis acut.supra illā partez.ꝙ si
antiqu⁹ cib⁹ ⁊c.virt⁹ eñ in tpe morbi cō

sideranda sunt sicut Gal. testat. xij. de in-
genio sanitatis. cap°. v. versus illū capl'z
virtus enī custodit fm Gal. ibidē et cu-
stodia spūuz τ fundamētū mēbroꝝ sicut
est cerebrū. cor. τ epar. τ iō omia illa que
corp' dissoluūt ad debilitatē faciūt. sicut
pōt colligi ex dictis Gal. in regimie. pria
particula. supra illā partē. quo sumpto si
dolor τc. τ iō in talibus partib' de facili
virtus dissoluit. Si igit aliquis fuerit me
lēcolic' iuuenis in estate qui laborauerit
τ abstinuerit τ incurrat fe. certe si iniūgat
sibi abstinētia cito venit ad illā terribilez
faciē ypo. τ ideo ilico cib' dand' ē. sicut
testatur Gal. in pnosticis. supra illā par
tem. ꝙ si sic fuerit τc. ad vnā colūnā cū di
midia versus principiū quinti. τ si ista dis
soluūt virtutē ɔria custodire intēdamus
vnde in custodia virtutis tanꝙ magra oī
um ingenioꝝ curādoꝝ morboꝝ. Circa igi
tur virt' actionē τ operatōnē qm̄ opatio
arguit virtutē cadūt due cōsideratiōes.
Prima talis ē i ṽtute τ actiōe mēbroꝝ
debem' intēdere. qm̄ actōes quorūdam
mēbroꝝ sūt nobis necessarie multū in cu
ratōibus mēbroꝝ. τ quedā modicuz. vbi
gratia. actio nociua cerebri ē modicū no
bis necessaria in curatōib' morboꝝ. qm̄
nō est necessariū in morbis ꝙ paſ. sit via
tor nec ambulator. s; tm̄ actio epatis est
multuz necessaria q: virtus natural' ē q̄
curat morbos fm Gal. in de crisi. τ p tā
to i paſ. cerebri audem' apponere fortif
dissolutiua. in paſ. epatis cuz dissolutiuis
debem' apponere aliqua stiptica. Et Ga
lie. docuit cuidā vt in quodā infirmo sibi
apponeret aliqua stiptica ad cōfortatio-
nem ei'. τ noluit sibi credere. τ cū visitarz
eū inuenit eū mortuuz τ laudabatur cuz il
le medic' iret ad eū: q: ad locū sibi fleret
q: philosophi erant. τ ita pz ingeniuz ꝙ
debz sumi ex virtute ad bonum. Veruñta
men τ secunda cōsideratio circa istā mãz
sumitur ex ṽtute τ cōsideratio sumpta ex
ṽtute ē cā ɔsideratiōis τ ṽtutis τ potētie
τ oīa istrumēta ex qbus medicus opera
tur regulat τ iformat: dietam: potionem
τ manualem. s. compositōez ad totū mor
bum scz. Si enī ṽtus fortis est τ potest
tolerare vsq; ad crisim nihil dabitur forte
nisi ydromel: τ silia. de qbus nō est curā-
dum cū virt' sit debil' p viā inanitōis et
dissolutionis: τ nō p viā ɔsternationis τ
repletōis. sicut ista leguntur a Gal. sup
illū amp̄hm prie pericule. ɔteplari aūt oz
τc. Si autē detur cib' p cōparationē ad
vnā exhibitionē τ ṽtus est fort; multum
dabitur: q: ṽtus fort; multū pōt digeret
τ raro. Si ṽtus sit debil' parum dabitur
τ frequent. τ par; q: nō posset vna vice
multū digerere. frequent q: nō posset tol
lerare ex illo amp̄ho. τ qb' semł aut bis
τc. τ ita pz quō regulat exhibitionē cibi.
τ ēt regulat potum. hoc pz quia cū aqua
frigida cōpetit in fe. cuz conditionib' ob
seruatis inter oēs potētissima est virtus
ꝙ sit fortis sicut pōt colligi ex dictis Ga.
in regimēto. eis qui pleuretici sunt τc. ꝙ
aūt informet passionē pz in digestiuis: τ
euacuatiuis. In digestiuis patz de oxill'.
multe acetositatis ꝙ nō oz dari nisi virtu
te forti. sicut habem' ab ypo. τ Gal. i ter
tia parte regimēti acut. cū loquit de ydro
mellis acidissimo τ spāliter in illa pte ꝙ
si fuerint vires infirmi. τ de euacuatiuis
est planū qm̄ clisteria nō audem' facere
nisi virtus sit fortis. sicut dicit ypo. in re-
gimēto ꝙ si antiquis. si virtus τ ei' etas
pmiserit clisteri opus est τc. ꝙ mł'tomin'
audemus dabim' medicinā vomicā: aut
secessiuā. nisi virt' sit fortis. cuz oēs medi
cine laxatiue sint nocitiue stō τ ɔprie ori
ei' sicut dicit Gal. in regimēto sup illam
partez porro si paſ. τc. de manuali opera
tione pz incidēdo vrendo: τ flōando. de
quo Gal. specialit docet cōsiderare virtu
tem sicut ipse dicit in regimento supra il
lam partē. qñ dolor ascendēdo τc. τ recte
in fine quinti qr. discurendo particulariſ
per oia instrumēta cū quib' medic' ope-
ratur virtus omia regulat digerit τ infor
mat. Ad ingeniū igit sumptū mirabiliter
cū diligentia est aduertendū. bene igit ē
dictū ꝙ sublimior oīm intentionū ē intē-
tio sumpta a virtute. virtutē igr̄ oportet
custodire. quia vim digerit putridā τ con
iunctam cum feb. refigerat. sicut dicit Ga
lie. xi. parte de ingenio. capitulo. vi. i fine.

Quartum ingeniū curādoꝝ aut su
mitur a pricipalitate τ nobilitate
mēbroꝝ. G. τ Auic. τ oēs cōcor-
dant in hoc ꝙ cor ē nobili' mēbruz ꝙ sit

in corpore ⁊ cõſeruat in nobilitate anhelitus ⁊ ſanguinis: ſicut docēt Gal. xij. de ingenio. ¶ Aduertendū igit diligent ꝙ aer qui attrahitur non ſit corruptus mõ aliquo. ⁊ ꝙ cibus ſit in tali qualitate quantitate ⁊ ordine ꝙ digerat in ſtomaco ⁊ epate. ⁊ ita ſpiritus qui generatur in cordē erit ſubtilis clarus ⁊ mundus. ſi autē aer ſit corrupt⁹ peſtilentialis. aut hu. corrumpitur rectificet ita ⁊ confortetur cor cum medicinis cordialibus: ⁊ ideo valent in rectificando alterationes: mundificationes: ⁊ ſimilia. ⁊ ideo iſta conuenientia ꝑticularium. vʒ iſta. acetuʒ. camphora. muſcus. bugloſa. auri. puri. folia. oſ. de corde cerui. margar. iactincti blacta. biʒãtia. corallus ⁊ ſimilia. ¶ Secundo debemus cerebū conſiderare quoniã ſi centeſima pars diminuatur vel in epate vel etiam ī cerebro vel in corde cito fieret mors. ⁊ iõ debemus purgare mundificare confortare ⁊ ea que potiſſime ſunt boni odoris exhibere. ſicut habetur. xij. de ingenio. ⁊ ꝑ tanto valent poma ru. potiſſime inuento in monte peſſul. ⁊ ambra. ⁊ ſandõ. ⁊ multa ſimilia iuxta conuenientiã particularium ¶ Tertio debemus conſiderare epar. ꝙ nõ dentur cibi opilatiui. ſicut eſt triticum coctum. ⁊ fabe ⁊ ſimilia. ⁊ potiſſime in caſu. vbi non competerent de natura rei: ſʒ dentur cibi temperati in qualitate quãtitate ⁊ ordine. ⁊ ꝙ prima digeſtõ ſit perfecta. ⁊ ita a duobus ergo ſumme cauere debemus a nimiſ diſſoluētib⁹: ⁊ opilatiuis ¶ Quarto debemus conſiderare ſtomacum. ⁊ ſi debilis ꝙ aquam frigidam nullo modo tribuamus. ſed confortem⁹ modo cum melle. modo cum ro. modo cum ʒedoar. modo cum menta: ⁊ ſimilibus. iuxta differentiam particulariuʒ competūt tamen ſi ſtomacus non eſſet debilis dare non audemus. ¶ Quinto conſideremus cõpletionē ne nimis calefiat: aut infrigidetur. aut repleatur. aut coertetur. et potiſſime quod a reumate vel ſanguine nõ grauetur. ⁊ in talibus debemus adiuuare ⁊ alleuiare cū his que habent aſpectum ad complexionē. ſicut eſt yreos. yſopus. capill. ve. iuxta tamen cõuenientiaʒ particulariuʒ. ¶ Sexto conſiderem⁹ cõplexionē ſplenis. ⁊ potiſſime in opilatõibus eius: ⁊ duriciem. ⁊ ꝙ adminiſtremus ea que habent aſpectum ad ſplenem cuʒ de opilantibus. ¶ Et dicit Gal. duodecĩo de ingenio. caplo. vi. verſus finem. ꝙ radix capparis acetuʒ: ⁊ mel. cõpetunt ſpleni ſicut abſinthium. ſquinant. ⁊ ſpicanar. epati. ſpen tamen generaliter fortioribuſ indiget. ¶ Septimo conſiderem⁹ renes ⁊ veſicam ⁊ matriceʒ ⁊ aꝑiant ⁊ mundificent cū his que habēt aſpectū. ſicut eſt miliū ſalis. cantarides. ⁊ ſauia. ⁊ ſimilia, iuxta dfiam particulariū.

Quinta conſideratio ſumitur a cõſideratione mēbroꝝ ⁊ fabrica eoꝝ patet ſic. ſi eñ cerebꝝ purgare volum⁹ ſenſibiliter per palatum ⁊ nares. et ſi inſenſibiliter potiſſime per cõmiſſuraʒ anteriorem. alia eñ emunctuoria non habent ſenſibilia nec manifeſta. ¶ Si autem pectus purgare volum⁹ per cannam purgabitur cum tuſſi. ¶ Si autem ſtomacū purgare volumus duobus modis poterim⁹ ſuperi⁹ per vomitum. inferius per receſſum. ¶ Si aūt epar cū habeat ſuã fabricaʒ verſus venaʒ ꝓfundã. iõ duob⁹ modis poterim⁹ purgare ꝑ vias vrinales: ⁊ ꝑ vētrē. ſi ãt inteſtina ꝑ iferiora tm̃. ſi ãt renes ⁊ veſicã ⁊ mrīcē ꝑ iferiora tm̃. loc⁹ ãt q̄ ē īter ſiphac ⁊ mirach. nullū hʒ emūctoriū ⁊ iõ de difficili euacuant. vētoſitates ⁊ aquoſitates que ibi cõtinent niſi cū diur. aperitiuis ⁊ diſſolutiuis ⁊ ꝑuitate cibi et pot⁹ ⁊ cū hiſque a tota ſpē euacuãt aquã ydropicoꝝ ſicut eſt yreos. ⁊ elm de ſucco mēte agreſtis. ⁊ ſimilia. ¶ Si aūt iūcturas purgar volum⁹ de difficili purgabimus potiſſime materiam coniunctam. ⁊ ideo corpore mundificato vel cauterium. ventoſe. emplaſtra. vnguenta: ⁊ ſimilia. apponemuſ. ⁊ ea que a tota ſpecie euacuant a iuncturis. ſicut eſt elm de ſucco ro. hermod. turbith. ⁊ ſimilia. iuxta conuenientiam ꝑticulariū. ¶ Et ſi volum⁹ purgare opilationes nerui obtici aut materiam contentam in eis neruis ⁊ a ꝓfunditatib⁹ mēbroꝝ ⁊ venaꝝ de difficili poſſunt expelli. ⁊ h oʒ ꝙ medic⁹ ſit multū expertus. ⁊ talia poſſunt eē ſicut pulpa coll. q̄ mãm ducit a ꝓfunditatibus venaꝝ. ⁊ h cõſideret medicus que mᶜ. competant in lepra ꝯfir

mata ⁊ nō cōfirmata. ¶ Et de iſta mā̄ ꝑ dei
grā̄m ſingulare tractatū ſum⁹ facturi: ⁊ iō
aduertat ⁊ ad paraliſim: ⁊ ad ſpaſmuȝ: ⁊
cataractam ⁊ ſimiles egritudines. ¶ Patet
igiᷓ ex dictis quomō ⁊ qualiter ingenia
curandi diuerſificanᷓ ꝑ diuerſitates cura
tionis morboꝝ.

SExta cōſideratio principal' ſumiᷓ
a cōplexiōe mēbri. qm̄ quidā mē-
bra ſunt nāliter ſolida ⁊ dura: ſic
nerui: ⁊ ideo fortiorib⁹ indigent medicis
⁊ in meliori quātitate. ſicut dictū ē in cap.
ꝑcedenti. quedā molliā. naturaliᷓ ſicut ca
ro. ideo debilis ſufficit m^c. ⁊ ſicut eſt i na-
turalib⁹ ſic eſt in artificialib⁹ ⁊ acquiſitis
firmiter opinanᷓ. alique āt hn̄t bene mu
ſculos toti⁹ corporis duros ⁊ ſolidos. ⁊
ideo indigent fortiorib⁹ medicinis ſicut
ſunt illi quoꝝ cōſuetudo ē multū labora
re: ⁊ diu nō iacere. ſicut ſunt marinarij: et
homines armoꝝ: ⁊ agricole: ⁊ paſtores:
⁊ cōſiſies. ⁊ illi quib⁹ tota caro eſt rara ⁊
mollis ſicut ſunt mulieres ⁊c. debilis mē
ꝯpetit. ⁊ ſicut oīm eoꝝ qui cōſueuerūt eē
in vmbra ⁊ quiete corꝑali: ſicut ſcolares
ſtudentes: ⁊ religioſi: ⁊ mercatores. quidā
ſunt draparij: ⁊ trapeſatarij: ⁊ cōſimiles.
qui cotidie cedūt in oꝑatorijs. ¶ In his ei
oīb⁹ cautela maxima ē oꝑanda. pȝ igiᷓ ꝙ̄
mō ꝯſideratio ſumpta a ꝯſideratiōe mē
broꝝ docet ꝯſiderare diuerſitatē ingenij
curatiōis morboꝝ.

SEptima cōſideratio principal' ſu
miᷓ a colligātia mēbroꝝ. ſcim⁹ em̄
ex anotomia mēbroꝝ ꝙ cerebruȝ
colligaᷓ cū ſtō ꝑ duos magnos neruos ꝺ
ſcēdētes a cerebro ad ſtōum. ¶ Pȝ igiᷓ cū
mā̄ reumatica de facili pōt deſcendere a
cerebro ad ſtōm. ⁊ cū ħ pn̄t fumoſitates
aſcendere a ſtō ad cerebꝝ. verbi grā̄: ali-
quis hȝ oculos debiles aut cap̄. caueat
ab alleis. ⁊ vino forti: cepis: piſcibus: et
ſimilib⁹ fumoſ. ſilr ꝗ hȝ ſtōum debilē ca
ueat reuma. ⁊ ſi fuerit ca. mā̄ odoret cam
phoraȝ roſas: ⁊ ſandal'. ⁊ ſi mā̄ fuerit frā̄
odoret ambrā̄: ſtoracē. laudanū: ⁊ ſimilia
¶ Scim⁹ eī ꝑ anotomiā ꝙ mamille habēt
cōueniētiā cū matrice. ¶ Si igiᷓ volumus
mēſtrua retinere apponam⁹ ventoſas ſu
ꝑa venas que ſunt ſub mamillis. ¶ Si vo
lum⁹ poſtmodū ꝓuocare fiat minutio de
ſaphenis. ¶ Scim⁹ etiā ꝑ anotomiaȝ ꝙ̄ in
paſ. epatis ꝯpetit ſtōia ꝺ baſilica ſiniſtre
partis. ⁊ propter hoc ſocietatē debemuſ
ſcire ꝙ in plurib⁹ corporib⁹ oꝑatōes ſūt
ſeruande dextri ad ſiniſtrū ⁊ ecōuerſo. ſic
pōt colligi ex dictis Gal'. in ampho. po-
ſteriora capitis dolentia vſus fineȝ. ꝗnte
ꝑticl'e. ſcim⁹ em̄ ꝙ ītestina hn̄t colligātiā
cū epate mediātib⁹ venis meſeraicis. flu
xus igiᷓ ventris aliter curabiᷓ cū ē ex me
ſeraicis: ⁊ aliter cū ē ab epate. aliᷓ cū a ve
nis ⁊ a toto corpore. ⁊ ſ c de alijs. pȝ igiᷓ
ꝙ ingeniū curādi diuerſificaᷓ ſm mēbro
rum colligantiā.

OCtauuȝ īgeniū pricipale ſumiᷓ a
vicinitate mēbroꝝ. cū em̄ nerui re
tro tranſeāt ꝑ dorſuȝ approxiaᷓ
cordi ⁊ iō ſtōus cū vicinitatē hēat cū cor
de ⁊ potiſſime verſus orificiū ſui ⁊ ſtōus
paciaᷓ ꝯpatiᷓ ſibi cor vicinitate. ⁊ iō a ſtō
aliqn̄ venit ſincopis valde fortis. quare
ſtōus ē purgand⁹. ſimiliᷓ matrix eſt vicia
diafragmati. ⁊ iō in ſuffocatiōe matricis
accidit ſincipis: quare oȝ matricem mun
dificare a corruptis hūorib⁹: ⁊ apponere
fetida narib⁹. patȝ igiᷓ ꝙ ingenia curan-
di diuerſificantur ſm mēbroꝝ diuerſitatē

NOna conſideratio ſumiᷓ a poſiti
one mēbroꝝ i ſuꝑficie vel i profū
do poſitoꝝ. qm̄ cū eſt membꝝ i ſu
ꝑficie modica quātitas medicaminis ſuf
ficit. qꝛ de facili veniet ad particulam pa
tientē cum vtrtute ſua. ſi autem fuerit i ꝓ
fundo oȝ duplicare vel triplicare medici
exemplum. de prio poſſȝ eſſe ſtōus: de ſe
cūdo pulmo: matrix. renes: veſica. iunctu
ralia: ⁊ extrema. materia cōiuncta exiſtēs
in extremis digeraᷓ modicū ꝑ potionem
ſumptā ꝑ os. qm̄ iā appetit virt⁹ anteꝙ̄
ſit illo loco. ⁊ ita pȝ quomodo membro
rum poſitio diuerſificat ingenia curandi
⁊ cetera.

DEcimū ingeniū ⁊ vltimū ſumiᷓ ex
ſenſu. quedā em̄ mēbra hn̄t forteȝ
ſenſuȝ ſicut ſtōus. ⁊ in talib⁹ nō audem⁹
apponere mordificatiua medicamīa. qm̄
ꝓpter ſenſum nimiuȝ induceret nimium
doloreȝ. ⁊ ita ſincopiȝ. quedā aūt mēbra
ſunt debil' ſenſus: ſicut ligamēta aut nulli
us: ⁊ in talib⁹ audem⁹ fortiſſima medica-
mina apponere. ⁊ iſta oīa ſunt ex dictis

Gal'.vij.de ingenio sanitatis.ꝛ potissime ex septima parte.ꝛ caplo finali.ꝛ ex dictꝭ Auic̄.primo canonis.fen.iiij.caplo p̄io ¶ Statuta fuit hec ordinatio in p̄claro studio mōtis pessulani.āno dn̄i.M. cc-lxxxvi°.mense Julij:de mercurij post festum beati marcial'.ꝛ qꝛ aliq̄ ex socijs volunt scire dandū ē. Intelligendū ꝙ lōga sunt tp̄a ꝙ nos abreuiauim⁹ regimētuz acutoꝝ ꝛ venit ad man⁹ multoꝝ.ꝛ postea cōpilauim⁹ op⁹ totū de crisi ꝛ de creticis diebus breuiter ꝛc.

¶ Expliciunt.x.ingenia curandorum morborum.

¶ Sequitur de regimine acutarum egritudinuz.

¶ Regimē acutaꝝ egritudinū ꝯtinuēs tres particulas.prima particula ē de regimine cibi ꝛ pot⁹.

Regimen acutarum egritudinū cōsistit in trib⁹.in dieta.potionibus ꝛ potib⁹ alteratiuis.ꝛ ſm h̄ op⁹ nostꝝ diuidit̄ i tres particulas. Prima cōtinet dietā cibi ꝛ pot⁹. Secūda medicīas euacuatiuas. Tertia alternatiuas seu digestiuas.seu mūdificatiuas. ¶ De primo agitur sic. Cib⁹ eīm ille q̄ sup oēm cibū conuenit i morbis acutis vt in p'lesi ꝛ piplonia est cib⁹ factus de ordeo ꝛ aq̄:p tanto qꝛ ordeū ē frīm ꝛ siccū:aqua autez ē frā ꝛ humida. Nūc āt si cōmisceant̄ mixtū erit frīm ꝛ tēperate humidū:frīm erit:qꝛ aqua ꝛ ordeū cōueniūt in frigiditate.ꝛ ita frīm toti⁹ fortificabit̄. Sed in passiuis qualitatib⁹ discōueniūt qꝛ ordeū est siccū:ꝛ aq̄ humida.ꝛ ita humiditas aque tēperatur per siccitatē ordei.ꝛ siccitas ordei tēperatur p humiditatē aq̄.ꝛ ita totū est tēpatū. Prima aqua est passibil'.alterabil'.cōuertibil'.ꝛ in fumositatē p modico trāsmutabilis. Nūc aūt ordeū rōne cōplexiōis et substātie p̄seruat aquā a tali cōuertibilitate.ordeū āt generat sanguinē m'licū.ꝛ iō nō cōpetit volentib⁹nutricare corp⁹,nūc aūt aq̄ preseruat ip̄m a tali nutritiōe ꝛ cōuersione pp suā humiditatem.ꝛ iō ex eis cōstat̄ nutribil' mixtura:ita ꝙ hec mixtio acq̄rit formā nouā ex simplicib⁹ pp bonitatē sue cōmixtionis ꝛ bone decoctōis.s.ppterq̄ ē cibus ꝛ medicina:ꝛ abstergit ꝛ mundificat.laxat.lenit.digerit.subtiliat.nutrit.iuuat anhelitū.valz ad screatuz.et ideo cib⁹ est excellētissim⁹ in acutis passionib⁹. ¶ Mod⁹ aūt cōficiēdi ptisanam est iste.aut eīm volum⁹ dare ptisanā colatam:aut nō colatā.si colatā:tūc eīm cōuenit magis i rōne medicamīs ꝙ cibi.ꝛ accipiat̄ ordeū bn̄ matuꝝ plenū ponderosū nō rugatū.ꝛ accipiat̄ aqua fontis mūda clara.ita ꝙ aqua currat versus oriens et currat supra lapides mundos aut arenā mundā.ꝛ ex riuo accipiat̄.xx.scutelle aq̄.ꝛ vna ordei.ꝛ ordeuz cōquasset̄ ꝛ ponat̄ simul in vase mūdo.ꝛ tūc accipiat̄ cacab⁹ magn⁹ plen⁹ aqua ꝛ predictū vas in cacabo ponatur.ꝛ fiat ignis lētus de lignis siccis fere p.xij.horas:donec coloretur aqua ab ordeo quasi colore citrino:ꝛ tunc quiescat.ꝛ infrigidet̄ ꝛ colet̄ ꝛ vsui reseruetur. Si aūt nō colatā dare voluerimus tūc remoueam⁹ corticē:qꝛ tūc magis damus in ratiōe cibi ꝙ medicaminis.ꝛ tūc sit cibus qui appellatur ordeatū ꝛ parat̄ sicut auenatū.aut amigd.tūc igitur ordeū fortiter conteratur ꝛ sine cortice ꝛ cuz aq̄ lento igni fortit̄ decoquatur.ita tn̄ ꝙ non veniat ad multam spissitudinē imo fluat ad modū mellis.qꝛ qn̄ ꝟgit ad spissitudinem acquirit grossiciē ꝛ viscositatez.ꝛ ita exhibetur cū modico panis zucc.magis in rōne cibi. ¶ Multi aūt sunt alij modi cōficiēdi sꝫ isti sufficiāt pp breuitatem. Nūc aūt egritudo in qua exhibet̄ aut est breuis terminationis aut nō. Si breuis aut virtus est fortis aut debilis. Si fortis tunc dico ꝙ ptisana ꝛ omnibus cibus est auferendus.nisi forte mellicratum.qꝛ postꝙ egritudo est breuis terminationis ꝛ virtus fortis non indiget aliquo cibo.ꝛ ideo nullus cibus est dādus.nisi ꝙ modicum valde nutrit.vt aqua:aut aqua ordei colata:aut aqua bullita:aut aqua vbi modicum fuerit infusum de pane infuso ꝛ solum madefacto. Si autem virtus est debilis ꝛ egritudo est breuis terminatio

Ptisane qualitates.

Ptisana conficiendi modus

nis.tūc distinguo.aut eniꝫ est debilis ꝓ/
pter inanitionē aut aliquaꝫ sensibilē eua
cuationeꝫ.⁊ q₂ corpus consumitur ⁊ liq̄
fit.⁊ tunc quacunqꝫ hora ⁊ tempore cib⁹
est dand⁹ vt ordeatuꝫ aut auenatū:aut a
miđ.aut brodiū pulle:aut lac amigđ. aut
spinargia ſm ꝙ particularia cōueniant.
¶ Si aūt est debilis ꝓpter maliciā sinthor
tum:aut ꝓpter dolorem:repletionem:et
similia.virtutem ꝓsternentia:ꝓprie tunc
omnis cib⁹ auferend⁹. ¶ Si autēꝫ egritu
do est longe terminationis tūc aut adsūt
mala accidentia aut non. ¶ Si non tunc a
principio vsqꝫ ad fineꝫ debet dari ordea
tum:aut cōsimilis cibus. ¶ Si autem sint
mala accidentia ⁊ cōsimilia cibū prohibē
tia:tūc nō debet cib⁹ ꝓhiberi saltim ptisa
na in ratiōe medicine. ¶ Ea aūt que impe/
diunt sunt:vt verbi gratia:qui nō pōt ex
puere cum materia ē indigia tūc nō com
petit ptisana:veꝝ est in rōne medicie: sꝫ
bene cōpetit ratiōe cibi. ¶ Sed ratiōe me
dicine cōpetit fortius vt aqua mellis.aut
oxilł.aut sirupus aliquis habēs virtuteꝫ
incidendi:subtiliandi:aperiandi.sicut for
te sirupus factus de capillis ve.enđ. ⁊ se.
melonū.⁊ liquir.⁊ ordeo.⁊ similib⁹. ⁊ cū
hoc impendaꝛ si esset constipat⁹. q₂ tunc
deberet precedere suppositoriuꝫ:aut cli/
stere:aut aliquod mollificatiuuꝫ. aut nisi
cib⁹ precedens descendisset stomacū ⁊ in
testina ⁊ venas meseraicas:quia tunc cō
petit abstinentia:aut fricatio leuis:⁊ silła
donec cibus transiuerit epar:aut q₂ cor/
pus est plectoricū.⁊ tūc debet precedere
flobotomia:aut dolor fortis. ⁊ tunc dīt
precedere calefactoria:aut aliqđ accidēs
cōsimile:in quo cōpetit farmacia aut con
similia:aut quia instat crisis. ¶ Si autē mł
tum expuat multū ē dandū ⁊ rōne cibi et
rōne medicaminis. ¶ In omni igiꝛ egritu/
dine tranquilla sine molestatione accidē/
tium aliter ⁊ aliter est operanduꝫ. ¶ Nunc
autē modū particularē operādi scire nō
possum⁹ nisi sciuerimus formā regiminis
⁊ quō subita mutatio est facienda vel nō
hec autē forma elicitur per hunc modum
¶ Prima consideratio sumitur ex parte me
dici.s.dispositus ad deliciienduꝫ formam
ꝙ sit solers:diligens:expertus:⁊ memo/
rans.⁊ tunc talis debet precedere ꝑ hūc
moduꝫ. ¶ Subita mutatio nō dꝫ fieri nec
forma regiminis transmutari nisi ſm ꝙ
corpus transmutatur a dispositiōe in di/
spositionē. ¶ Dispositiōes autēꝫ corporis
humani nō sunt.s.nisi sanitatis: ⁊ princi/
piuꝫ egritudinis:status ipē: ⁊ declinatō
aliud igiꝛ regimē cōpetit in sanitate:⁊ a/
liud in principio morbi vsqꝫ ad statuꝫ.et
ita de alijs. ¶ Subita igiꝛ mutatio in regi/
mine nō debꝫ fieri nisi ſm ꝙ corpus mu
tatur ⁊ si subito mutatur subita erit muta
tio. ¶ Unde si in sanitate cōpetant carnes
in egritudie dabo ptisanā.⁊ ita sicut cor/
pus subito mutaꝛ ⁊ forma regiminis su/
bito immutaꝛ. ¶ Que aūt est ista forma re/
giminis particularis non possum⁹ ħ sci/
re nisi ſm consideratioueꝫ particnlariuꝫ
scꝫ ꝙ cognoscant cōplexionem patientis
⁊ habitudineꝫ:⁊ consuetudineꝫ:⁊ etateꝫ
⁊ fortitudinem:⁊ debilitatem virtutis:et
naturaꝫ stomaci:⁊ regionē:⁊ aerem:⁊ tē/
pora anni:⁊ tēꝑa morbi:⁊ naturā ⁊ cām
morbi:⁊ accidentiū morbi:⁊ alioꝝ consi/
miliū.⁊ iuxta natutā istoꝝ particularium
solł's medicus conflabit formā regiminis
vt verbi gratia.ponam⁹ aliquē colłicum
iuuenē in estate ⁊ tempore calido qui cō
sueuit multū comedere ⁊ modo ex propi
quo abstinuit ⁊ laborauit ⁊ fatigauit cor
pus suuꝫ:⁊ hꝫ orificiū stomaci debile. et
est multū rarus ⁊ extenuat⁹. ¶ Et ꝙ per dei
gratiā incurrat fe.fortem liquefacientem
corpus.cui⁹ egestio ē spuma:⁊ vrina vn/
ctuosa.certe in isto clamāt oīa particula/
ria ꝙ statim cibus offerēnd⁹ est. quoniaꝫ
iste ē q̄ nō pōt ieiuniū tolerare.⁊ si sibi ci
bum substrahis in breui ipsuꝫ interficis.
tūc ponamus aliquando flegmaticum se
nem nō a senio qui consuenit parū come
dere:⁊ fuit in ocio.⁊ est multū repletus ⁊
habet orificiuꝫ stomaci forte.⁊ est muscu
losus:⁊ est in yeme:⁊ regione frigida. tūc
subito incurrit feb.⁊ fe.nō est longa.tunc
dico ꝙ iste est qui potest a principio vsqꝫ
ad crisim esse sine cibo.precipue si egritu
do est breuis termīationis.q₂ oīa ꝑticnla
ria clamant fortiter nihil dare. ¶ Si igitur
isti cib⁹ detur suffocat⁹ velociꝛ morieꝛ.
¶ Patet igiꝛ quomō prudēs mēdic⁹ ex con
cursu ꝑticulariū elicit formaꝫ regiminis.
¶ In omni morbo tam cronico q̄ acuto:tā

cum apostemate ꝙ sine apostemate. tã
cum maliciis sint horum: ꝙ cum tranquil
litate eorundẽ. ¶ Ad hãc autem formã ad
hoc indigemus vt sciam⁹ que cibaria de
clinant ad subtilitatem: ⁊ que ad grossici
em: ⁊ que ad mediocritatem. vt vtar̃ hiis
vel illis ſm conuenientiam particulariũ
¶ Iste ergo est ordo ⁊ modus inspiciendi
a subditi per medium vsq; ad grossum.
¶ Primũ igitur ꝙ est in vltimo subtilitatis
est nihil dare. ¶ Secũdo aqua bullita. ¶ Ter
tio succum malorum granatorum cũ mul
titudine aque. ¶ Quarto sirupum iulep.
¶ Quinto sirupũ viol̃. ⁊ rosa. ¶ Sexto ydro
mel cum multitudine aque. ¶ Septimo lac
amigđ. colat̃. ¶ Octauo aquam ordei cola
tam. ¶ Nono brodium cicerum colat̃. cum
multitudine aque. ¶ Decimo aquam dare
vbi panis fuerit infusus. ¶ Undecimo ami
gdal̃. non colatum. ¶ Duodecimo spinar-
gia. lactuce: ⁊ cõsimilia. ¶ Decimotertio po
ma: pira: ⁊ consimilia. ¶ Decimoquarto or
deatum: auenatum: amiđ. ⁊ cibus qui fit
de colatura furfuris: ⁊ similia. ¶ Decimoq̃n
to brodium parue pulle nigre. ¶ Decimo-
sexto micam panis ter lotam in aqua fri-
gida. ¶ Decimoseptimo extremitates pul-
lor. ¶ Decimooctauo extremitates galli ꝑ
ui. ¶ Decimonono accipe paruas pullas
albas aut nigras aut gallos paruos ⁊ si
milia. ¶ Uigesimo carnes eduli lactantis.
¶ Uigesimoprimo extremitates porcorũ
⁊ consimilium. ¶ Uigesimosecundo galli-
nas: perdices: fasianos: starnes: pullos:
columbinos: turtures: merulos: ⁊ consi-
milia. ¶ Uigesimotertio vitulum lactantẽ
⁊ ita de aliis consimilibus. ¶ Ita ꝙ ex istis
oibus sapiens medicus conflabit formã
regiminis que cum morbo est conueniẽs
⁊ si aliqua deficiunt possunt intelligi in p̃
dictis. ⁊ in hoc terminatur prima pars q̃
cõsistit in recta administratione diete ꝙ-
tum est ex parte cibi in quantitate quali-
tate ⁊ ordine iuxta arbitriũ medici pre-
dicti: in cuius industria fere omnia relin-
quantur.

¶ Secunda partitula de regimine me-
dicinarum solutiuarum.

Secundum opus huius presentis
capituli cõtinet medicinas euacu-
atiuas. ¶ Euacuatio autem quedã
est sensibilis: quedam insensibilis. ¶ Sen-
sibil̃ sicut flobotomia farmacia. ⁊ similia.
¶ Insensibilis sicut calefactorium quantũ
est de presenti. ¶ Nunc autẽ pleuresis aut
est de plenitudine corporis: aut sine ple-
nitudine. si cum plenitudine aut dolor a-
scendit aut descendit. ¶ Si ascendit aut e-
gritudo est confirmata aut non. ¶ Si do-
lor ascendit ⁊ corpus plectoricum ⁊ egri
tudo non est confirmata fiat flobotomia
de basilica: vtrum aut de dextra: vel de si
nistra. pleuresi existente in altera parte tã
tum non est differentia. quoniã vena de
xtra scilicet ⁊ sinistra equaliter recedunt a
trunco vene a quo ramificantur. sicut in-
nuit Gal. super illa parte: quando dolor
vnde non est vena que nutriat costas su
periores ⁊ inferiores que terminentur
ad brachium. ¶ Sed postꝙ Gal̃. docuit
anothomiam venarum que nutriunt co-
stas superiores ⁊ inferiores. ⁊ tunc po-
nit anothomiam venarum que a nigra
vena procedunt que per tintillicum va-
dunt ad brachium. ¶ Unde quedam vena
magna putei procedit ab epate per medi
um cordis fere vsq; ad furculam. ⁊ tunc o
riuntur duo vene in dextrum ⁊ sinistrum
antequam oriantur duo ĝdagi: que custo
diunt basilicam in vtroque brachio. ¶ Et
iste due vt dictum est oriuntur ex puteo
postquam ramificate sunt vene que nu-
triunt costas omnes: quia in nulla ex eis
protenditur ad brachium. ¶ Si igitur ve
na magna ad modum putei per medium
pectoris ascendit dextra ⁊ sinistra basili-
ca equaliter a puteo distabit. ¶ Si ergo eq̃
liter ⁊ nulla basilicarum aurit ex minera
sed ex puteo medii pectoris. tuuc restat
ꝙ corpore plectorico dolore ascendente
nondũ confirmata equale est pleuresi ex
istente in altera parte si fiat de dextra vel
de sinistra. ¶ Si autem egritudo est confir-
mata tunc necessario debet fieri de eadẽ
parte. ¶ Cognoscitur autem ꝙ est confir-
mata etiã materia fluxa quia dolor ascẽ
dit vsq; ad brachiũ. ⁊ talis dolor ita ascẽ
dens significat ꝙ tota ista pars alterata ⁊
supercalefacta ẽ. ⁊ san. quasi corrupt⁹ tot⁹
¶ Pars aũt opposita ſm latitudinẽ nõ est
dolorosa. ⁊ iđ nec sang. corruptus. ¶ Tunc
igitur conuenit ꝙ si fieret flõia de parte

Phlebotomia in pleuritide ubi fieri debeat

opposita ſm latitudinē tūc euacuaretur. ¶ Primo bonꝰ ſan. qui nō ē alteratꝰ. ⁊ poſtea attraheret̃ ſan. ꝑtẽ oppoſite ad puteū ⁊ ꝑ ꝯñs ad partē ſanā. ⁊ ita erit duplex nocumētū. primo ſan. bonū euacuare. ſecūdo malū ad ꝑtes ſanas attrahere. ¶ Si aūt fiat ex eadē ꝑte tūc nullū ſequit̃ nocumentū ꝙ euacuatur primo ſan. alteratus ſcḋo alteratꝰ magis. ⁊ tūc non fit attractio ad minerā ꝓ tāto qꝛ baſilica nō trāſit ꝑ aliq̄ coſtaꝝ ſuꝑioꝝ nec inferioꝝ. ſꝫ procedit a puteo ſupra venas q̄ coſtas omēs nutriūt ⁊ anteq̄ diuidatur puteꝰ in duas venas. ſ. due guidagi. pꝫ igitur ꝙ ſꝫ anotomiā Gal. ꝙ in omni pl'eſi ꝯfirmata dꝫ fieri flōia de baſilica eiuſdem lateris. ⁊ ſi corpꝰ nō eſt mūdificatū: ſcḋo aut tertio aut pluries ſi expedit ex eadē vena. ¶ In hoc aūt oēs ſunt decepti q̄ credūt ꝙ vene q̄ nutriūt coſtas cōſtituāt venas ī brachio ꝙ nuſq̄ reparatur inſpiciēti anotomiam cū amicia. ⁊ ſi corpꝰ oīno nō eſt plectori cuꝫ cōpetit flōia etiā de eadē parte. competit etiā de eadē vena. ¶ Si aūt deſcēdit ⁊ corpꝰ eſt plectoricū tūc debꝫ fieri de ſaphena eiuſdē lateris. qm̄ ſi fieret de parte ſuperiori cū ſan. inferior ſit alteratꝰ et maxīa declinat verſus inferiora: tūc ſan. traheretur corruptꝰ ad ſuꝑiora ⁊ mēbra nobilia. ¶ Si aūt fiat ꝑ partē inferiorē tūc traheretur ſan. corruptꝰ verſus inferiora ⁊ ad mēbra vilia: ⁊ qꝛ natura declinat eū inferiꝰ: tūc facilior fiet euacuatio. ⁊ ſi per partē oppoſitā ſicut ſuperiꝰ ⁊ inferiꝰ: tm̄ vna oppoſitionū in flōia debet obſeruari. ⁊ iō cum dolor ad ſuꝑiora aſcendit ibi tm̄ vna eſt oppoſitio cū ſit flōia ex eodē latere. qm̄ latꝰ ſe habet per moduꝫ partis inferioris ⁊ brachium ꝑ modū partis ſuperioris. qꝛ cuꝫ ſit flōia ex eodē latere ſeruatur oppoſitio q̄ ē ſm inferiꝰ ⁊ ſuperiꝰ. corpore āt multū pl'etorico exiſtēte ⁊ ſan. dn̄ante ſm ꝙ humor declinat ſuperius ⁊ inferiꝰ ſm h̄ fiet de eodē latere egritudīe cōfirmata vel de ſuperioribꝰ vel de inferioribꝰ. ¶ Si aūt adeſt plenitudo vel abundantia citra tamē vltimitatē tūc aut pl'eſ eſt de co. aut de flāte. aut de ml'ia. ¶ Illa āt q̄ fit de ſanguīe notata eſt in cura ꝑdicta ¶ Si igitur ſit de co. que vt pl'um accidit in principio an̄ digeſtionem mꝰ. ¶ Si timemꝰ moleſtiaꝫ accidentium: ⁊ vt natura ſit magis potēs in ſtatu: euacuemꝰ in principio: cū carthamo: cū polipoḋ: ⁊ cuꝫ turbith: ⁊ ſimilibꝰ ¶ Si aūt abundauerit ml'ia ⁊ fuerit paſtor: aut marinarius ⁊ fortis ⁊ muſculoſus ⁊ orificiuꝫ ſtomaci forte ⁊ cōſimilia. tunc cōpetit ell'e niger. cum aniſo aut ieraruffi. ⁊ in parua quantitate. ⁊ ꝙ medicꝰ exquiſite noſcat naturam patientis ⁊ medicaminis. ¶ Si aūt particularia non conueniant tunc ſecurius eſt dare ſene epithi. lap̄. arme. boꝝ. bugloſe. ⁊ conſimilia. ¶ Et eſt mirabiliter aduertendum cū omīs medicina laxatiua ſit vt plurimum ca. ⁊ ſit venenoſa. corpori odioſa. malicioſa. corporis deſtructiua. vnde ⁊ ſic purgat etiam inueterat. ⁊ ideo expellit ī omni caſu potiſſime nouis dare diaprunis. oxilaxatiuum: ⁊ ſimilia: in quibus peuitꝰ error nō cadit. ¶ Et poſt acceptionē medicaminis tunc modicū debet accipere de aqua ordei vt nō remaneat aliquid ḋ medicamine in via: ⁊ coadunetur in fundo ſtomaci. toto autem tempore ſolutionis nihil eſt accipiendum. ſed poſtq̄ ſolutio ceſſauerit minus de cibo q̄ conſueuerit accipere debet. ¶ Si autē plenitudo ceſſauerit ⁊ vniuerſalis ⁊ citra vniuerſalitatē tunc corpore mundificato ad euaporādū materiā cōiunctā: tunc cōpetūc calefactoria. vnde calefactoria cōpetunt duobus modis. vnde curant ſi corpus plenuꝫ nō eſt. aut digerūt ſi plenum nō eſt. ¶ Unde ſi corpus eſt plenū calefactoria dolorē augmentant: quia materiā attrahūt: ⁊ ita nō digerunt: quare vniuerſalia precedere debent vtpote flobotomia vel farmacia.

¶ Si aūt corpus eſt mundificatuꝫ tunc calefactoriū curat. ¶ Tūc igit̃ aut materia eſt col'ica: aut aquoſa humida: aut melēc'ica ¶ Si igitur ſanguis fuerit vergens ad coleram: tunc accipiat̃ ſpongia ⁊ intingatur in aqua ⁊ exprimatur ⁊ lateri quātuꝫ calidius ſuſtinere poterit applicetur. ⁊ cū incipit infrigidari ſtatim remoueatur. et iteꝝ caliduꝫ renouetur ⁊ continue cōtinuetur. ¶ Si āt ſanguis vergat ad aquoſitatē ⁊ humiditatē ⁊ ventoſitatē. tunc accipiatur miliū ⁊ ſal. ⁊ torrefiant igni ſine liquore ⁊ lateri applicentur. ⁊ cū infrigidabit̃ iterum calefiat. ⁊ ita continuetur. ¶ Unde

Pleuriticus dolor si descendat ubi phlebotomandum sit.

fomenta

aduertendū est ꝙ nullo modo debet ap
plicare saniem generantia. ⁊ ideo compe
tunt semper resolutiua ⁊ nō maturatiua
tamen adidici a vetulis magis per viaʒ
experimenti ꝙ malue bismalue. bullite pi
state cū axungia porci re. ⁊ oleo viol'. sol
uunt dolorem in pleuresi. moretur enim
emplastrū vna vice modico tēpore. ⁊ in
hoc terminantur re^c. euacuationis.

¶ Tertia particula de medicinis alte-
ratiuis ⁊ digestiuis.

Tertiū opus nostrū ꝯsistit in altera
tione ⁊ digestione m^c. ¶ Digestiua
que ponit Ipo. sunt. v. vinum. ydromel.
oxil'. aqua. ⁊ bal. ¶ Primo docʒ digerē ma
teriā cū vino. vinū autem est quoddā for
te. quoddā d̄bile. quoddā grossuʒ. quod
dā subtile. quoddā mediocre. ⁊ est quod
dam album. quoddam nigrū. quoddam
mediū. ⁊ quoddā stipticū. ⁊ quoddā nō.
¶ Nūc autē istud vinum ꝙ magis absolu
te cōpetit in morbis acutis est vinuʒ al.
in col'e. subtile in substantia. sine odore ⁊
fortitudine ꝙ assil'atur aque in omnibus
considerationibus prout est magis pos-
sibile. vinū autem grossuʒ stipticum com
petit in fluxu ventris. ¶ Vinū autem forte
cōpetit ī declinatione cū materia est gros
sa ⁊ viscosa ⁊ adherens q̄ nō habet exitū
cum tamen non timemus de fe. nec dol'.
capitis. nec de conuersione eius in cole-
rā nec de siti. ¶ Vinū autē debile sine odo-
re cōpetit cum de istis timemus. ¶ Vinuʒ
autē dulce cōpetit in spiritualibꝰ. magis
timet̄ āt cū adest sitis ⁊ opilatio: ⁊ aposte
ma in matrice: ⁊ nimia co. in stomaco. ⁊ si
milibus. ¶ Secundo igitur docet digerere
materiā cuʒ ydromell'. ¶ Nunc autē intelli
genduʒ ꝙ ydromel est sirupus seu potio
facta ex aqua ⁊ melle. ¶ Nunc autem ydro
mel est duplex. quoddā vbi ponuntur. x.
partes aque. ⁊ vna mell'. ⁊ decoquat̄ ad
perfectionem. si mel tamen est puruʒ nō
oportet decoquere per se. sed si cuʒ aqua
melior est cōmixtio. ¶ Est autē aliud ydro
mel in quo sunt quatuor partes aque. et
vna est mellis. ydromel autē vbi est mul-
tum de aqua competit in morbis spiri-
tualium. in ratione cibi si virtus est for-
tis ⁊ egritudo breuis terminationis. in
via autem medicaminis competit cū ma

teria non est multū grossa. nec viscosa sed
mediocris vel quasi in grossicie. quia vir
tutē incidendi habet. ¶ Ea autē que impe-
diunt eius exhibitioneʒ sunt ꝙ egritudo
sit liquefactiua. aut materia grossa visco-
sa. aut dominiuʒ co. in stomaco. aut sitis:
aut apostema matricis. aut fluxꝰ ventris
aut opilationes nutritiuorum. ¶ Si autē
ydromel est cuʒ paruitate aque tunc si ca
lor est debilis ⁊ materia multū grossa tūc
competit. quia fortius nutrit ⁊ fortioris
est virtutis in incidendo. ¶ In alijs autem
casibus in quibus non competit cum est
multitudo aque multo minus. ⁊ istud qꝛ
citius conuertitur ad coleram ⁊ in opila-
tionem ⁊ inflōem. ⁊ citius induceret sitiʒ
¶ Tertium digm̄ est oxil'. ⁊ est sirupus fri-
gidus de aqua ⁊ melle ⁊ aceto. duplex ta
men est oxill'. quoddaʒ vbi est multuʒ de
aceto. ⁊ quoddā vbi est parum. quando
est multuʒ de aceto: tunc non cōpetit nisi
virtus sit fortis. ⁊ materia multuʒ grossa
⁊ egritudo breuis terminationis. ¶ Si au
tem parum sit de aceto tunc competit in
egritudine breuis terminationis. ¶ Sʒ in
longa virtute existente debili ⁊ materia
parū grossa. ¶ Si autē materia est grossa ⁊
virtus debilis debʒ exhiberi oximel par
ue cōmixtionis. ¶ Si materia est paꝝ gros
sa ⁊ virtus fortis. tunc cōpetit fortis cō-
mixtionis in parua quātitate ⁊ cum mul-
titudine aque. ¶ In omni autē egritudine
cronica priꝰ debet precedere oxill' parue
cōmixtionis. ⁊ deinde fortis vt inde ma-
gis particulariter ꝓcedamꝰ: nullus oxill'
cōpetit in pas. spiritualiū si pectꝰ est stri-
ctū. ⁊ si adest fortis tussis. ¶ Si aūt tussis ē
modica ⁊ spiritualia salua ⁊ forte ꝙ egri-
tudo sit in declinatione. tūc dʒ dari oxill'
cū decoctione liq̄ritie ⁊ ordei tria cloque
aria. ⁊. xij. de aqua. ¶ Sūmo tm̄ opere ca-
uendū ē ꝙ in pas. spiritualiū nō ꝓuocet̄
tussis. acetosa aūt ꝓuocant ⁊ in hoc sunt
multi decepti. ¶ Si aūt egritudo est in nu
tritiuis debemꝰ semꝑ apponere q̄ cōser
uant ⁊ defendūt nutritiua ꝓm diuersitatē
mēbroꝝ lesoꝝ. vt zuccaruʒ. aut sandalos
aut rosas. aut modicū de mēta. aut d̄ sco
lopēdria. ⁊ spodio. ⁊ m'tis sil'ibꝰ. ¶ Quar
tū digm̄ est aq̄. aqua āt in morbis acutis
ꝯtū ē in via medicine nisi forte in rōe po

tus tantū nō cōpetit.nisi cū oībꝰ istis cō
ditionibꝰ.ꝙ materia sit digesta. ⁊ egritu-
do in declinatione.⁊ ꝙ nō sit cū apostēa
te.⁊ ꝙ nō sit opilatio.⁊ ꝙ cōsueuerit po-
tare aquā.⁊ ꝙ sit iuuenis.⁊ virtus fortis
⁊ ꝙ tēpꝰ sit calidū.⁊ ꝙ multuȝ sitiat.⁊ ꝙ
aqua sit bona ⁊ bene frā ⁊ ꝙ accipiat cū
vno magno vitreolo in magna quātitate
quātū vno haustu posit accipe sine attra
ctione hauriatꝰ. ¶ Quintū capitulū est de
balneis.balnea āt administrant in febri-
bus q̄ sunt cū apostēate.⁊ nūq̄ in aliquo
casu cōpetit bal.corᵉ.exñte plectorico.⁊
non apostēate rupto.⁊ materia digia. et
fe.exñte in declinatione ⁊ corpe mundifi
cato.materia exñte hōgema. Bal.aūt est
triplex.quoddā ꝙ vocat soliū. quoddaȝ
ꝙ vocatur stupha.⁊ quoddā ꝙ vocat em
pima. ¶ Soliū est illud qḋ fit in tina cū aq̄
ca.dul.in quo mūdificatur cutis.⁊ ea que
vicinātur cuti.⁊ est illud quod cōpetit cō
ualescentibus. ⁊ de isto videbatur loqui
Ypo.cū dicebat ꝙ pa.dȝ esse quietꝰ ⁊ ta-
citus.nihil agēs.tutꝰ a fumo. ⁊ ꝙ postes
parietis tine nō fuerint magis eleuate.
ꝙ via sit breuis ad lectū.⁊ ꝙ locꝰ vbi re-
ponitur sit calidus.⁊ ꝙ suauiter a multis
manibꝰ pertractetur ⁊ diligenter ⁊ leuit
fasiictur ita ꝙ nō laboret nec ī aliquo ca-
dat error.sit tractatꝰ vacuus cuȝ intrabit
nec comedat nec potet in balneo.⁊ post-
ea cū calor acquisitꝰ per balneū habuerit
ꝙ sumat cibū tēperate. ¶ Secundū balne
um est stupha vbi debet esse tres domꝰ
lapidee.ita ꝙ in prima dȝ esse aer tēpera
tus aut parū excedens.in secūda magis
calidus manifeste.in tertia multum ca. ⁊
⁊ h̄ bal. magis cōpetit in via preseruati-
ua.quia etiā ab interioribus mundificat
si non sit plectoricum . ⁊ debet fieri post
exercitiū ⁊ cū fricatione forti.vt non fiat
subita mutatio.dȝ parū morari in prima
domo.⁊ in secūda magis.⁊ in tertia quā
tum indiget. ⁊ seruentur regule dicte in
primo balneo. ¶ Tertium bal.est paria ⁊
pōt fieri quatuor modis. ¶ Primus est ꝙ
corpus plenū aquositatibus infrigidatū
corpore tamen mūdificato. in diebus ca
nicularibus debet sepeliri vsq3 ad os in
arena maris in meridie.⁊ cooperiat ca-
put eius vt non incurrat effimeram. ¶ Se

cundo modo pōt fieri in casu p̄dicto cum
conditionibus predictis in paupe.lento
flātico corᵉ.mundificato ꝙ ponatur in fi
mo caᵒ.⁊ diutius imoret. ¶ Tertiꝰ modus
in casibus ⁊ cōditionibus predictis ꝙ fi
at fouea in terra ⁊ ponatur in fouea car
bones igniti ḋ iunipero. ⁊ ɔstituatur cra
ter ferreꝰ supra foueā.⁊ supra craterē po
natur multitudo ebulorū. ⁊ patiens nu
dus iaceat supra craterē . ⁊ ex illis sic pa
ratis ebulis vndiq3 totaliter inuoluatur
¶ Quartus modus cū contradictionibus
predictis est ꝙ fiant duo ignes cōparati
⁊ petiens ponatur in medio ⁊ voluatur
vndiq3 donec incipiat fumare . ⁊ fricetur
fortiter.⁊ ita curabitur si deus voluerit.
¶ Aliqua tamen possumꝰ addere ad predi-
cta. ¶ Pleuresis autē fit de sanguine ṽgen-
te ad co.cuius signū est. quia iuuenis co
lericꝰ.⁊ qr laborauit:⁊ ē vrina rubea et
tenuis cū siti ⁊ amaritudīe oris . ⁊ sputo
citrino:⁊ cum dolore acuto pungitiuo in
tollerabili.⁊ i tali casu digeratur materia
sic. ℞.enḋ.scar.lact.epatice.raḋ.vngl'e ca
baline.capill'.ve.re.aā.ʒ.ij.iiij.se.fri. flor
nenuph.liquir.munḋ.aā.ʒ.i.ordei cū cor
tice.lib.ß.panis zucc̄.lib.i.fiat sirupꝰ cla-
rificatꝰ. ¶ Si āt plereusis fuerit de san.ver
gente ad nām flātis.ꝙ cognoscit qr flāti
cus de cōpl'one.cuȝ venis strictis ⁊ quia
senex.⁊ vicit in ocio.⁊ cum plenitudine ci
bi ⁊ potus.⁊ eructuatione acetosa. ⁊ vri
na remissa.⁊ sputo albo globoso.⁊ modi
co ⁊ dolore. tunc cū talibus cōditionibꝰ
digeratur mā sic. ℞.raḋ.brusci.sparagi.⁊
se.brusci.⁊se.sparagi.aā.ʒ.ß.capill' ve.re.
ʒ.iij.enḋ.scar.aā.ʒ.i.se. melōis.se.enḋ.se.
scar.aā.ʒ.ij.liquir.ʒ.i. ⁊ ordei.ʒ.iiij. mell'.
ʒ.i.zucc̄.lib.i.fiāt sirup.lib.i.⁊.ß. ¶ Si aūt
san.vergat ab mel'iam ꝙ cognoscit quia
mel'icus.⁊ quia hȝ vēas strictas ⁊ angu
stas.⁊ ē extenuatꝰ. ⁊ plenꝰ cognitionibꝰ
⁊ cū acetositate trahente ad siccitatē.⁊ cū
vrina tenui ⁊ remissa:⁊ sputo liuido aut
nigro.⁊ dolore nō mľto.ſȝ cū graui ⁊ pō
deroso. ¶ Digeratur mā sic. ℞.raḋ.apij.bu
glose.bor. capill' ve.re.cicoree.enḋ.scar.
aā.ʒ.ij.se.enḋ.se.melonū.se.scar.se.brusci
se.spagi aā.ʒ.i.liquir.ordei , aā.ʒ.ij. pāis
zucc̄.lib.i.fiat sirup.clarificatꝰ vsq3 ad lib.
i,⁊.ß, ¶ Si āt mā fuerit grossa,viscosa, ad

Balneū quō admi nistrant et eius genera.

Pleuresis sed diversitatē materie

